





El Colegio de la Compañía de Jesús de Granada B. B.

~~8-2 7-5 et 3~~ Caja
B-17

L 2 5

239 Tomas Escut^{is}

157

157

R. 30,800

100-100-9

COMMENTARIORVM · C · IULII CESARIS DE BELLO GALLICO
LIBER PRIMVS INCIPIT · IVLIVS CELSVS CONSTANTINVS
VIR CLARVS EMENDAVIT · LEGE FELICITER

GALLIA EST OMNIS DIVISA IN PARTES
tris: quarum unam incolunt belgæ: aliam
aquitani: tertiam qui ipsorum lingua cel-
te: nostra galli appellantur. Hi omnes lin-
gua institutis legibus inter se differunt. Gal-
los ab aquitanis garunna flumen a belgis
macrona & sequana diuidit. horum omnium fortissimi sunt bel-
gæ: propterea quod a cultu atq; humanitate prouincis longis-
sime absunt: minimeq; ad eos mercatores sepe comitant: atq;
ea que ad effeminandos animos pertinent: important: Proximiq;
sunt germani: qui trans rhenum incolunt: cum quibus continen-
tes bellum gerunt. Qua de causa heluetii quoq; reliquos gal-
los uirtute precedunt: quod ferè quotidianis prelijs cū ger-
manis contendunt: cum aut suis finibus eos prohibent: aut ipsi
in eorum finibus bellum gerunt. Eorum una pars quam gallos
obtinere dictum est: initium capit a flumine rhodano: con-
tineturq; garunna flumine. Oceanum finis belgarum attingit:
etiam ab sequanis & heluetijs flumen rhenum uerget ad septen-
trionem. Belgæ ab extremis galliæ finibus oriuntur: pertinet
ad interiorē partem fluminis rheni: spectant ad septentrio-
nem & orientem solem. Aquitania a garunna flumine ad pi-
reneos montes: & ad eam partem oceani que ad hispaniam perti-
net: spectat: inter occasum solis & septentrionem. Apud heluetios
longe nobilissimus fuit: & ditissimus Orgëtorix. Is marco messala
& Publio marco pisone consulibus: Regni cupiditate inductus:

et

Garunna
Macrona
Sequana

Continentes

Als inferiore

Argentorix



coniurationem nobilitatis fecit: ac ciuitati persuasit: ut de finibus
 suis cum omnibus copijs exirent: per facile esse: cū uirtute omnibus
 prestarent: totius gallie imperio potiri. Id hoc facilius eis persuasit:
 quod undiq; loci natura tuti heluetij continerentur. Vna ex parte
 flumine rheno latissimo atq; altissimo qui agrum heluetium
 a germanis diuidit. Altera ex parte iura monte altissimo qui est
 inter sequanos & heluetios. Tertia lacu lemanno & flumine rhoda-
 no qui prouinciam nostram ab heluetijs diuidit. His rebus fiebat:
 ut & minus late uagarentur. & minus facile finitimis bellum in-
 ferre possent. Qua de causa homines bellandi cupidi, magno do-
 lore afficiebantur. pro multitudine autem hominum, & pro glo-
 ria belli, atq; fortitudinis angustos se fines habere arbitrabantur.
 qui in longitudinem milium passuum ducentorum quadra-
 ginta in latitudinem centum octuaginta patebant. His rebus
 adducti & auctoritate Orgetorigis permoti, constituerunt ea
 que ad proficiendum pertinerent, comparare: uimentorum
 & carrorum q̄ maximum numerum coemere. sementes q̄ maximas
 facere: ut in itinere copia frumenti suppeteret: cum proximis ci-
 uitatibus pacem & amicitiam confirmare. Ad eas res conficiendas
 biennium sibi satis esse dixerunt. Intertium annum profectio-
 nem lege confirmari. Ad eas res conficiendas Orgetorigis deligi-
 tur. Is igitur ubi legationem ad ciuitates suscepit: in eo itinere p-
 suasit casticocaramanta ledi filio sequano: cuius pater Regnum
 in sequanis multos annos obtinuerat: & a Senatu populoq; Ro-
 amicus appellatus erat: ut regnum in ciuitate sua occuparet: q̄
 pater ante habuerat. Itemq; Dūnorigi heduo fratri diuisti qui
 eo tempore principatum in ciuitate obtinebat sua: ac maxime
 plebi acceptus erat: ut idem coronaretur. persuadet: eiq; filia
 suam in matrimonium dat: per facile factu esse illis probat co-
 nata perficere: propterea quod ipse sui ciuitatis imperium.

Iura monte

Lacus Lemanus

Rhodanus fluius

at milia

Casticocaramanta

Dūnorix heduus

obtenturus esset: nec esse dubium: quin totius gallie plurimum
 heluetij possent: se suis copijs (suoq; exercitu illis regna concilia-
 turum confirmat. Hac oratione adducti inter se fidem & ius-
 iurandum dant: & regno occupato per tres potentissimos ac fir-
 missimos populos totius gallie se se potiri posse sperant. Ea res ut
 est heluetijs per inditium enuntiata moribus suis Orgento-
 rigem e uinculis causam dicere coegerunt. Damnatum poenā
 sequi oportebat: ut igni cremaretur. Die constituta cause dictio-
 nis Orgentorix ad iudicium omnem suam familiam ad hominū
 decem milia undiq; coegit: & omnes clientes, oberatosq; suos, quo-
 rum magnum numerum habebat, eodem conduxit. Per eos ne
 causam diceret se eripuit. Cum ciuitas obeam rem incitata ar-
 mis ius suum exequi conaretur: multitudinēq; hominum ex
 agris magistratus cogere: Orgentorix mortuus est. Neq; ab-
 est suspicio: ut heluetij arbitrantur: quin ipse sibi mortem
 consciuerit. Post eius mortem nihilominus heluetij id qd con-
 stituerant, facere conantur: ut e finibus suis exeant. Vbiā
 se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt: oppida sua omnia nūo
 ad duodecim: uicos ad quadringentos: & reliqua priuata edi-
 ficia incendunt. Frumentum omne, preter qd qd secum por-
 taturi erant, comburunt: ut domum reditionis spe subla-
 ta, paratiores ad omnia pericula subeunda essent. Trium mē-
 sium molita cibaria sibi quēq; domo efferre iubent. Persua-
 det rauratis, & tuliguis, & lacocubicis finitimis: uti eodē usi
 consilio, oppidis suis, uicisq; exultis, una cum eis proficiscantur.
 Boiosq; qui trans rhenum incoluerant: & in agrum noricum
 transferant: noriamq; oppugnarant: receptos ad se socios
 sibi asciscunt. Erant omnino itinera duo: quibus itinerib;
 domo exire possent. Vnum per sequanos angustum, & diffici-
 le inter montem iuram, & flumen rhodanum: qua uix sin-

Orgentorigis citm
 reliquis conuictio.

Orgentorigis mors

guli carri ducerentur. Mons autem altissimus impendebat: ut facile per pauci prohibere possent. Alterum per prouinciam nra; multo facilius atq; expeditius: propterea quod inter fines heluetior; ac allobrogum, qui nuper pop. ro. pacati erant, rhodanus fluit. isq; nonnullis locis uado transitur. Extremum oppidum allobrogum est: proximumq; heluetioru finibus Genua. Ex eo oppido pons ad heluetios pertinet. Allobrogibus se se ut ^fsuasuros: quod non dum bono animo impulum romanum uiderentur, existimabant: uel ui coacturos: ut per suos fines eos ire paterentur. Omnibus rebus ad profectioem coparatis: diem dicunt: qua die ad ripa rhodani omnes conueniant. Is dies erat a v. kal. aprilis. L. pisone. Aulo gabiniio consulibus. Caesari uero cum id nunciatum esset: eos ^fprouincia nostram iter facere conari: maturat ab urbe proficisci: & q; maximis potest itineribus in galliam ulteriorem contendit: & ad Genuam peruenit. Prouincie toti q; maximum potest militum numerum imperat. Erat omnino in gallia ulteriore legio una. pontem qui erat ad Genuam, iubet rescindi. Vbi de eius aduentu heluetij certiores facti sunt: legatos mittunt ad eum nobilissimos ciuitatis: cuius legationis Mammeius et uerudotius principum locum obtinebant: qui dicerent: sibi esse in animo sine ullo maleficio iter per prouinciam facere: propterea quod aliud iter haberent nullum: rogaretq; ut eius uoluntate id sibi facere liceat. Caesar quod memoria tenebat. L. cassiu consulem occisum: exercitumq; eius ab heluetijs pulsū, & subiugum missum: concedendu non putabat: neq; homines inimico animo data facultate per prouinciam itineris faciendi temperaturos ab iniuria

Genua.

Caesar aduersus heluetios maturat

Legatio heluetioꝝ ad caesarem

et maleficio existimabat. Tamen ut spatium intercedere
 posset dum milites quos imperauerat conuenirent lega-
 tis respondit diem ad deliberandum se sumpturum. Siquid
 uellent ad idus aprilis reuenterentur. Interea ea legione
 quam secum habebat militibusq; qui ex prouincia conue-
 nerant a lacu Lemanno qui in flumen rhodanū influit
 ad montem iuram qui fines sequanorum ab heluetijs diui-
 dit milia passuum decem et octo murum in altitudine
 pedum sexdecim fossamq; perducit. Eo opere perfecto presi-
 dia disponit. Castella communit: quo facilius si se inuito
 transire conarentur prohibere possit. Vbi ea dies quā con-
 stituerat cum legatis uenit: eo legati ad eum reuenterūt:
 negat se more & exemplo p̄r. posse iter ulli per prouinciam
 dare. Et si uim facere conentur prohibeturum ostendit.

*Responsio. c. ad legatos
 atq; idibus*

*Mirificum opus &
 cesare dignum*

Heluetij ea spe derelicti alij nauibus iunctis, ratibusq; cōplu-
 ribus factis, alij uadis rhodani qua minima altitudo flu-
 minis erat nonnunq; interdum sepius noctu si percurrere
 possent conati: operis munitione & militum concursu et
 telis repulsi hoc conatu destiterunt. Relinquebatur una
 per sequanos uia qua sequanis inuitis propter angustias
 ire non poterant. His cum sua sponte persuadere non posset:
 legatos ad dumorigem heduum mittit: ut eo deprecato-
 re a sequanis hoc impetrarent. Dumorigis gratia & largitio-
 ne apud sequanos plurimū poterat: & heluetijs erat amic⁹
 quod ex ea ciuitate Orgetorigis filiam in matrimonium du-
 xerat: & cupiditate regni adductus nouis rebus studebat: et
 q̄ plurimas ciuitates suo beneficio habere obstructas uolebat.
 Itaq; rem suscipit: & a sequanis impetrat: ut per fines suos
 heluetios ire patiantur: obsidesq; uti inter se se dent perficit:
 Sequani ne itinere heluetios prohibeant heluetij ut sine

Interdium

deprecator

Tolosaces

Cesar in italiam contendit

Aquilegia

maleficio & iniuria transeant. Cesari renunciatur. Heluetijs esse in animo per agrum sequanorum & heduorum iter in san-
 tonum fines facere. qui non longe a tolosacium finibus ab-
 sunt. quae ciuitas est in prouincia. Id si fieret. intelligebat
 magno cum periculo prouinciae futurum. ut homines belli-
 cosos populi ro. inimicos locis patentibus maximeq; frum-
 tarijs finitimos haberet. Ob eas causas ei munitioni quam
 fecerat Titum Labienum Legatum praefecit. Ipse in Italiam
 magnis itineribus contendit. duas legiones ibi conscripsit.
 & tres quae circum Aquilegiam hyemabant, ex hibernis
 educit. & qua proximum iter in ulteriorem galliam per
 alpes erat, cum ijs quinque legionibus ire contendit. Ibi ce-
 trones, & garoceli, & caturiges, locis superioribus occupatis
 ab itinere exercitum prohibere conantur. Compluribus
 his praefijs pulsis, ab ocelo quod est citerioris prouinciae
 extremum, in fines uocantiorum ulterioris prouinciae,
 die septimo peruenit. Inde in allobrogum fines, ab allo-
 brogibus, in sebusianos exercitum ducit. Hi sunt extra
 prouinciam transrhodanum primi. Heluetij iam per
 angustias, & fines sequanorum suas copias traduxerant.
 & in heduorum fines peruenerant. eorumq; agros popu-
 labantur. Hedui cum se suaq; ab ijs defendere non possent.
 legatos ad cesarem mittunt rogatum auxilium. ita se omni
 tempore de populo ro. meritos esse. ut pene in conspectu
 exercitus nostri agri uastari. liberi eorum in seruitutem
 obduci. oppida expugnari non debuerunt. Eodem tempo-
 re hedui, ambariq; necessarii & consanguinei heduorum.
 cesarem certiores faciunt, se se populatis agris non facile
 ob oppidis uim hostium prohibere. Item allobroges q; trans
 rhodanum uicos, possessionesq; habebant, fuga se ad cesarem

Legati heduorum ad caesarem

recipiunt: & demonstrant sibi præter agrisolum nihil esse reliquum. Quibus rebus adductus cesar non expectandū sibi statuit: dum omnibus fortunis lociorum consumptis, in santones heluetij peruenirent. Flumen est Arar quæ p̄ fines heduorum & sequanorū in rhodanum influit incredibili lenitate ita, ut oculis in utram partem fluat, iudicari nō possit. Id heluetij ratibus, ac lyntribus iunctis transibant.

Fortunies.
Arar
Arar flum.

Vbi per exploratores cesar certior factus est, tres iam partes copiarum heluetios id flumen transfudisse: quartam ferè partem citra flumen ararim reliquam esse. de tertia uigilia cum legionibus tribus e castris profectus, ad eam partem peruenit: quæ non dū flumen transierat. Eos impeditos, & inopinantes aggressus, magnam partem eorum concidit. Reliqui sese fugæ mandarunt: atq; in proximas silvas abdiderūt. Is pagus appellabatur tigurinus: nam omnis ciuitas heluetia in quattuor pagos diuisa ē.

Cesar magnā partem
heluetiorū cōcidit.

Hic pagus unus eum cum domo exisset: patrum nostrorū memoria Lucium cassium consulem interfecerat: & eiq; exercitum subiugum miserat. Ita siue casu, siue consilio deorum immortalium, quæ pars ciuitatis heluetiæ insignem calamitatem populo ro. intulerat, ea princeps penas persoluit. Qua in re cesar non solum publicas, sed & priuatas iniurias ultus est: quod eius soceri L. pisonis auū L. pisonem legatum q̄ tigurini eodem in prælio quo cassium interfecerant. Hoc prælio facto reliquas copias heluetiorum ut consequi posset: pontem in arare faciendum curat: atq; ita exercitū traducit. Heluetij repentino eius aduentu commoti, cum id quod ipsi diebus uiginti egerime confecerant: ut flumen transiret, illū uno die fecisse intelligerent. Legatos ad eum mittunt:

Fit pons in Arare.

Legatio secūda heluetiorū ad cesarem.

Cuius legationis diuico princeps fuit: qui bello cassiano dux
 heluetiorum fuerat: ita cum cesare egit. Si pacem popu-
 lus ro. cum heluetijs faceret: in eam partem ituros atque
 ibi futuros heluetios: ubi cesar constituisset: atque esse uo-
 luisset. Sin bello persequi perseueraret: reminisceretur et
 ueteris incommodi populi ro. & pristinae uirtutis helue-
 tiorum. Quod improuiso unum pagum adortus esset: cu
 ii qui flumen transissent: suis auxilium ferre non possent:
 ne ob eam rem. aut sua magnopere uirtuti tribueret: aut
 ipsos despiceret. se ita a patribus maioribusque suis didicisse:
 ut magis uirtute. q̄ dolo contenderent: aut insidijs ni-
 terentur. Quare ne committeret: ut is locus ubi co-
 stitissent: ex calamitate populi ro. & intermitione exer-
 citus. nomen caperet: aut memoriam proderet. Iis cesar
 ita respondit: eo sibi minus dubitationis dari: quo eas res
 quas legati heluetij commemorassent: memoria teneret:
 atque eo grauius ferre: quo minus merito populo ro. accidis-
 sent. Qui si alicuius iniurie sibi conscius fuisset non fuis-
 se difficile cauere: sed eo deceptum: quod neque commissum
 a se intelligeret: quare timeret: neque sine causa timendum
 putaret. Quod si ueteris contumelie obliuisci uellet:
 num etiam recentium iniuriarum: quod eo inuito iter
 per prouinciam per uim temptassent: Quod heduos: Quod
 ambaros: Quod allobroges uexassent: memoria deponere
 posse: Quod sua uictoria tam insolenter gloriarentur: atque
 tam diu impune iniurias tulisse admirarentur: eodem
 pertinere. Consuesse enim deos immortales: quo grauius
 homines ex commutatione rerum doleant: quos pro sce-
 lere eorum ulcisci uelint: ijs secundiores interdum res
 & diuturniorem impunitatem concedere. Cum ea ita

Intermitio

Responsio. C.

Ho simile valeriane
 illi sententia. Lato
 enim gradu scilicet

sunt tamen si obsides dentur: uti ea que polliceantur facturos intelligat: & si heduis de iniurijs quas ipsis socijsq; eorum intulerunt: item si allobrogibus satisfaciāt. sese cū ijs pacem esse facturum. Diuico respondit ita heluetios a maioribus suis institutos esse: uti obsides accipere nō dare consueuerunt: eius rei populum ro. esse testē. Hoc responso dato discessit. Postero die castra ex eo loco mouēt. Idem facit cesar: equitatuq; omnē ad numerum quattuor miliū quem ex omni prouincia & heduis atq; eorū socijs coactum habebat: premitit / quas in partes hostes iter faciant. Qui cupidius nouissimū agmen insecti, alieno loco cum equitatu heluetiorum preliū committūt: & pauci de nostris cadunt. Quo prelio sublatis heluetij quod quingentis equitibus tāta multitudinem equitum propulerant audacius subsistere: nonnumq; ex nouissimo agmine prelio nrōs laceffere coeperunt. Cesar suos a prelio continebat: ac satis habebat in presentia hostem rapinis, populatio nibusq; prohibere. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt: uti inter nouissimum hostium agmen, & nrū primū non amplius quinque aut senis milibus passuū interesset. Interim quotidie cesar ab heduis fumētū quod esset publice polliciti, flagitare: nam propter frigora, qd gallia subseptentrionibus (ut antedictum est) posita est, non modo fumenta in agris matura non erant: sed pabuli quidem satis magna copia suppetebat. Eo at frumento quod flumine arare nauibus subuexerat: propterea uti minus poterat: qd iter ab arare heluetij auerterant: a quibus discedere nolebat. Diem ex die ducere hedui conferri comportari adesse ducēt. Vbi

Responso Diuico
magnanimo

qui uideat:

ne

se diutius duci intellexit: & diem instare quo die feum-
 tum militibus metiri oportere: conuocatis eorum princi-
 pibus, quorum magnam copiam, castris habebat: in iis di-
 uuitico & lisco qui summo magistratui praeerant: quem
 uergobretum appellant hedui: qui creatur annuus, & uite
 necisq; in suos habet potestatem: grauius eos accusat qd
 cum neq; emi neq; ex agris sumi posset, tam necessario te-
 pore tam propinquis hostibus, ab ijs non subleuetur: pre-
 sertim cum magna ex parte eorum precibus adductus
 bellum suscepit: multo etiam grauius qd sit destitu-
 tus queritur. Tum demum Liscus oratione cesaric
 adductus qd ante tacuerat, proponit esse non nullos
 quorum auctoritas apud plebem plurimum ualeat: q
 priuatim plus possent: q ipsi magistratus: hos seditiosa
 atq; improba oratione multitudinem detertere: ne
 feumetum conferant: qd prestare debeant: Si ia prin-
 cipatum gallie obtinere non possent: gallosum, q roma-
 norum imperia uelle perferre: neque dubitare debeant:
 quin si heluetios superaerit romani: una cum reliqua
 gallia heduis libertatem sint erepturi. Ab iisdem nostra
 consilia, queq; in castris gerantur, hostibus enuntiari:
 hos a se coerceri non posse. Quin etiam quod necessa-
 riam rem coactus cesari enuntiari, intelligere se se q
 to id cum periculo fecerit: & obeam causam q diu po-
 tuerit tacuisse: Caesar hac oratione lisci dunorigem
 diuitici fratrem designari sentiebat: sed quod pluri-
 bus presentibus eas res iactari nolebat: celeriter coci-
 lium dimittit. Liscum retinet. Querit ex solo ea que
 inconuentu dixerat: Dicit liberius, atq; audatius.
 Eadem in secreto ab alijs querit: reperit esse uera. Ipsus

No

Accusatur
dunorigem.

Cesaris prudentia

esse dūnorigem summa audacia magna apud plebem ꝑ liberalitatem gratia cupidum rerum nouarum, compluris annos portoria, reliquaꝑ omnia heduorū uestigalia paruo pretio redempta habere: propterea qđ illo dicente, contradicere audeat nemo. His rebus & suam rem familiarem auxisse, & facultates ad largiendum magnas comparasse: magnum numerū equitatus suo sumptu semp alere: & circum se habere: neꝑ solum domi, sed etiam apud finitimas ciuitates largiri posse: atꝑ huius potentie causa matrem in biturigibus homini illic nobilissimo, ac potentissimo collocasse: ipsum ex heluetijs uxorem habere: sororem ex matre & propinquas suas nuptum in alias ciuitates collocasse: fauere, & cupere heluetijs propter eam affinitatē: odisse etiam suo nomine cesarem, & romanos: qđ eorū aduentu potentia eius diminuta: & diuisticus frater in antiquum locum gratie atꝑ honoris sit restitutus: siqđ accidat romanis, summam inspem per heluetios regni obtinendi euenire. Imperio populi ro. non modo de regno, sed & de ea quam habebat gratia desperare. Reperiebat etiam inquerendo cesar: quod prelium equestre aduersū paucis ante diebus factum: esse initium eius fuge factum a dūnorige, atꝑ eius equitibus (nam equitatuū quē auxilio cesari hedui miserant, dūnorix preerat) eorum fuga reliquum etiā equitatum pterritum. Quibus rebus cognitis, cum ad has suspensiones certissime res accederet: qđ per fines sequanorū heluetios transfuxisset: qđ obsides inter eos dandos curasset: quod ea omnia nō modo in iussu suo, & ciuitatis, sed etiam inscientibus ipsis fecisset: quod a magistratu heduorū accusaretur: satis esse cause arbitrabatur: quare in eum, aut ipse animad-

Portoria

atq; inquerendo

Laus Diuiatici

uertere: aut ciuitati animaduertere iuberet. His omni-
 bus rebus unum repugnabat: quod diuiatici fratris summum
 in populum ro. studium: summam in se uoluntatem: egregiam
 fidem: iustitiam: temperantiam cognouerat. Nam ne eius
 supplicio diuiatici animum offenderet: uerebatur. Itaque
 priusquam quicquam conaretur diuiaticum ad se uocari iubet:
 et quotidianis interpretibus remotis per. C. ualerium
 atracillum principem gallie prouincie, familiare suum,
 cui summam omnium rerum fidem habebat, cum eo
 colloquitur: simul commonefacit: que ipso presente in
 concilio galloze de dunorige sint dicta: et ostendit: quod
 separatim quisque de eo apud se dixerit. petit: atquehorta-
 tur: ut sine eius offensione animi, uel ipse de eo cau-
 sa cognita statuatur: uel ciuitatem statuere iubeatur.
 Diuiaticus multis cum lacrimis cesarem complexus ob-
 secrare coepit: ne quid grauius in fratrem statueret.
 scire se illa esse uera: nec quenquam ex eo plusquam se doloris
 capere: propterea quod cum ipse gratia plurimum do-
 mi, atque in reliqua gallia: ille minimum propter ado-
 lescentiam posset: percreuisset. Quibus opibus ac-
 neruis non solum ad minuendam gratiam: sed pe-
 ne ad perniciem suam uteretur: sed se tamen et amore
 fraterno, et existimatione uulgi commoueri. Quod si quod
 ei a cesare grauius accidisset: cum ipse eum locum ami-
 citie apud eum teneret: neminem extimaturum non
 sua uoluntate factum. Qua ex re futurum, ut totius
 gallie animi a se auerterentur. Hac cum pluribus
 uerbis flens a cesare peteret: cesar eius dexteram
 prehendit: consolatus rogat: finem orandi faciat.
 Tanti eius apud se gratiam esse ostendit: uti et reip.

ats per se

Summa cesaris hu-
manitas et misericordia

iniuriam & suum dolorem eius uoluntati, ac precibus
condonet. Dū norigem ad se uocat. fratrem adhibet. que
in eo reprehendat, ostendit. que ipse intelligat. quae
ciuitas queratur, proponit. monet. ut in reliquum
tempus omnes suspitiones uitet. preterita se diuati-
co fratri condonare dicit. Dū norigi custodes ponit. ut
que agat. quibus cum loquatur. scire possit. Eodē die
ab exploratoribus certior factus, hostes sub monte cose-
disse milia passuum ab ipsius castris octo. Qualis esse na-
tura montis: & qualis incircuitu ascensus: qui cognosce-
rent. misit. Renuntiatum est. facilem esse. De tertia
uigilia Titum Labienum legatum propraetorem cum
duabus legionibus, & ijs ducibus qui iter cognouerāt,
summū iugum montis ascendere iubet. quid sui con-
siliij sit. ostendit. Ipse de quarta uigilia eodem itinere
quo hostes ierant, ad eos contendit. equitatuq; omem
ante se mittit. Confidius qui rei militaris peritissimus
habebatur. & in exercitu. L. Sille, & postea in. M. cras-
si fuerat, cum exploratoribus praemittitur. Prima
luce cum summus mons a Tito Labieno teneretur.
ipseq; ab hostium castris non longius mille ex quin-
gentis passibus abesset. neq; ut postea ex captiuis compit,
aut ipsius aduentus, aut Labienum cognitus esse. Con-
fidius equo admissio ad eum accurrit. dicit motes
quem a Labieno occupari uoluerit. ab hostibus tene-
ri. id se ex gallicis armis atq; insignibus cognouisse.
Cesar suas copias in proximū collem subducit. acie in-
struit. Labienus ut erat ei preceptum a Cesare. ne
prelium committeret. nisi ipsius copie prope hostium
castra uise esset. ut undiq; uno tpe in hostes impetus

Confidius.

fieret. mōte occupato nostros expectabat. preliq; abstinebat. Multo deniq; die per exploratores cesar cognouit, & montē a suis teneri. & heluetios castra mouisse. & confiduum timore perterritum quod non uidisset) prouiso sibi renuntiasse. Eodem quo consueuerat interuallo hostes sequitur. & milia passuum tria ab eorum castris, castra ponit. post die eius diei, quo biduum supererat, cum exercitui frumentum metiri oporteret. & quod a bibratte hoppido he duorum longe maximo & copiosissimo non amplius milibus passuum xviii aberat, rei frumentarię prospiciēdum existimauit. & iter abheluetijs auertit. ac bibratte ire cōtendit. Ea res per fugitiuos. L. smilij decurionis eqtuz gallorum hostibus nunciatur. Heluetij seu qđ timore perterritos romanos discedere a se existimarent eoc. magis quod pridie superioribus locis occupatis preliū non commisissē. siue eo qđ re frumentaria intercludi posse confiderent. commutato consilio, atq; itinere cōuerso, nostros a nouissimo agmine insequi, ac laceessere coeperunt. Postq; id animaduertit. copias suas cesar in proximum collem subducit. equitatuq; qui sustineret hostium impetum, misit. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit, legionum quattuor ueteranorum. Itaq; supra se in summo iugo duas legiones quas in gallia citeriore proxime conscripserat, & omnia auxilia collocari iubet. ac totum montem hominibus compleri. & interea sarcinas in unum locum conferri. & eum ab ijs qui in superiori acie constiterant murari iussit. Heluetij cum omnibus suis carris secuti, impedimentum in unum locum contulerant. Ipsi conferētissima acie, reiecto nostro equitatu phalange facta sub primam nostrā

Cesar heluetijs
parat ad plu.

.D. .B. .G.

Prudentes & aīole
factum cesaris

Prēliū cōmittitur

aciem successerunt. Cesar primū suo, deinde omnium ē
 conspectu remotis equis, ut equato omniū periculo, spem
 fugę tollere, cohortatus suos prēlium commisit. Milites
 e loco superiore pilis missis, facile hostium phalanges per-
 feegerunt. Ea disiecta gladijs districtis in eos impetum
 fecerunt. Gallis magno ad pugnam erat impedimēto:
 quod pluribus eorum scutis uno ictu pilorum transsi-
 xis, colligatis, cum ferrum se inflexisset, neq; euellere, neq;
 sinistra impedita satis cōmode pugnare poterāt. multi
 (ut diu iactato brachio preoptarent scutum manu emit-
 tere, & nudo corpore pugnare) Tandem uulneribus de-
 fessi, & pedem referre: & qđ mons suberat circiter mille-
 passuum, eo se recipere cōeperunt. Capto monte, & succe-
 dentibus nostris, boii & tulingi qui hominum milibus cir-
 citer .xv. hostium agmen claudebant: & nouissimis pre-
 sidio erant exitinere nostros latere aperto, aggressi circū-
 uenere: & id conspicati heluetij qui in montem sese re-
 ceperant, rursus instare, & prēlium reintegrare cōeperūt.
 Romani conuersa signa tripartito intulerunt: prima et
 secunda acies ut uictis ac submotis resisteret: tertia ut
 uenientes substineret. Ita ancipiti prēlio diu atq; acci-
 ter pugnatum est. Diutius cum substinere nostrorum
 impetus non possēt: alteri se (ut cōeperāt) in montem re-
 ceperunt: alteri ad impedimenta & carros suos se cōtu-
 lerunt. Nam hoc cum toto prēlio cum ab hora septima
 ad uesperum pugnatum sit: auersum hostem uidere ne-
 mo potuit. Ad multam noctem etiam ad impedimenta
 pugnātū est: propterea qđ pro uallo cāros obiecerant: &
 e loco superiore in nostros uenientes tela conijciebant:
 & non nulli inter carros, rotasq; mataras ac tragulas

Mataras &
Tragula

Victoria cesaris de
heluetijs.

subijciebant: nostrosq; uulnerabant. Diu cum esset pu-
gnatum impedimentis, castrisq; nostri potiti sunt. Ibi or-
gentorigis filij, atque unus ex filijs captus est. Ex eo prelio
circiter hominum milia .cxxx. superfuerunt: eaq; tota
nocte cotinenter ierunt, nulla parte noctis itinere inter-
misso. In fines lingonū die quarto peruenerūt. Cum &
propter uulnera militum, & propter sepulturam occisorū
nostri triduū remorati, eos sequi non potuissent. Cesar ad
lingones litteras, nuntiosq; misit: ne eos frumento ne ue-
alia re- iuuarent. Qui si iuuisset: se eodem loco quo hel-
uetios habiturum. Ipse triduo intermisso, cum omnibus
copijs eos sequi coepit. Heluetij omnium rerum inopia
adducti, legatos de deditioe ad eum miserunt: q; cū
eum in itinere conuenissent: seq; ad pedes proiecissent:
suppliciterq; locuti pacem petissent: atque eos in eo
loco quo tum essent, suum aduentū expectare iussis-
set, paruertūt. Eo postq; cesar peruenit obsides, arma,
seruos qui ad eos perfugisset, poposcit. Dumq; ea con-
quiruntur: & conferuntur nocte intermissa, circi-
ter hominum milia sex eius pagi qui uerbigenus
appellatur: siue timore perterriti, ne armis tradi-
tis supplicio afficerentur: siue spe salutis inducti, qd
intanta multitudine deditoꝝ suam fugam aut
occultari, aut omnino ignorari posse existimarent:
prima nocte e castris heluetioꝝ egressi, ad rhenū, finesq;
germanorum contenderunt. Quod ubi cesar resciauit
quorum per fines ierant: his uti conquireret si sibi
purgati esse uellent: & reduceret: imperauit. Reduc-
tos in hostiū numero habuit. Reliquos omnes obsidi-
bus armis perfugis traditis in deditioem accepit.

Tertia legatio ad
cesarem pro de-
ditiōe heluetioꝝ

/floues

purgati

Heluetios tulingos latobriges in fines suos unde erāt
 profecti reuerti iussit. Et quod omnibus frugibus amis-
 sis, domi nihil erat: quo famem tollerarent. Allobrogi-
 bus imperauit: ut his frumenti copiam facerent. Ipsos
 oppida, uicosq; quos incenderant, restituere iussit. Id
 ea maxime ratione fecit: quod noluit eum locū un-
 de heluetij discesserāt, uacare: ne propter bonitatē
 agrorum, germani qui trans rhēnū incolunt, a suis
 finibus in heluetiorum fines transirent: & finitimi gal-
 liae prouinciae, allobrogibusq; essent. Boios petentibus
 heduis, quod egregia uirtute erant cogniti, ut in fi-
 nibus suis collocaret, concessit. Quibus illi agros
 dederunt: eosq; postea in partem iuris, libertatisque
 conditione, atque ipsi erant, receperunt. In castris
 heluetiorum tabulae repertae sunt litteris graecis cō-
 fectae, & ad caesarem relatae: quibus in tabulis nota-
 tim ratio confecta erat: qui numerus domo exisset
 eorum, qui arma ferre possent: & item separatim senes,
 mulieres, puerique. Quarum omnium rerū summa
 erat capitum heluetiorū .cc. lxxij. Tulingorū milia
 xxxvi. Latobrigorū xxiiij. Rauracorū .xxxiiij. Boiorum
 xxxiiij. Ex his qui arma ferre possent ad milia xcij. Su-
 ma omnium fuerunt ad milia ccclxxvij. Eorum q; do-
 mum redierūt censu habito (ut caesar imperauerat) re-
 pectus est numerus milium .c. & xx. Bello heluetiorū
 confecto totius fere galliae legati principes ciuitatum
 ad caesarem gratulatum conuenerūt. Intelligere sese
 iam & si pro ueteribus heluetiorū iniurijs populus ro-
 ab his penas repetisset: tamen eam rem non minus
 exusu terrae galliae q; po. ro. accidisse: propterea quod

Heluetios caesar i de-
 ditionē accipit

Nominatim rō
 confecta est

Nūm heluetiorū

Censu habito

Legati totius fere
 galliae ad caesarem

/ bello

eo consilio florentissimis rebus domos suas heluctij reliquissent: uti toti galliæ bellum inferret: imperioque potirentur: locumq; domicilio ex magna copia deligerent: quem ex omni gallia oportunitissimū atque fructuosissimum iudicassent: reliquasq; ciuitates stipendiarias haberent. Petierunt uti sibi concilium totius galliæ in diem certam indicere idq; uoluntate cesaris liceret sese habere qualdam res: quas ex cōmuni consensu ab eo petere uellent. Ea re permissa diem concilio statuerunt: & iureiurando ne quis enunciareret: nisi quibus cōmuni consilio mandatum esset inter se sanxerunt. Eo concilio dimisso iidem principes ciuitatum qui ante fuerant ad cesarem reuerterunt: petieruntq; uti sibi secreto in occulto de sua omniumq; salute cum eo agere liceret. Ea re impetrata sese omnes flentes cesari ad pedes proiecerunt. Non minus id se contendere & laborare: ne ea que dixisset enunciarentur: q̄ uti ea que uellent impetrarent: propterea quod si enuntiatum esset summū in cruciatum se uenturos uiderent. Locutus est pro his diuaticus heduus galliæ totius factiones esse duas. Harum alteris principatum tenere heduos: alterius aruernos. Hi cum tantopere de potentatu inter se multos annos contēderent: factum esse: uti aruernis sequanisq; germani mercede accesserentur. Horum primo circiter milia xv. renum transisse. Postea q̄ agros & cultum & copias gallo- rum homines feri ac barbari adamassent: traductos plures nunc esse in gallia ad c. et xx milium numerū. Cum his heduos eorumq; ditionis homines semel atque iterum armis contendisse: magnam calamitatē pulsos

Galliæ factiones
duæ

Germani^{ab}

Eorū ditionis
homines

D. B. G.

accepisse: omnem nobilitatem; omnem senatū; omnem equitatum amisisse. Quibus prelijs calamitatibusque fractos qui ex sua uirtute, & Ro. ro. hospitio, atq; amicitia plurimum ante in gallia potuissent: coactos esse sequanis obsides dare nobilissimos ciuitatis: & iureiurando ciuitatem obstringere: se se neq; obsides repetituros: neq; auxilium a populo ro. imploratueros: neq; reculatueros: quo minus perpetuo sub illorum ditione, atq; imperio essent. Vnum se esse ex omni ciuitate heduorum: qd adduci non potuerit: ut iuraret: aut suos liberos obsides daret. Ob eam rem se ex ciuitate profugisse: & romāni ad senatum uenisse auxilium postulatum: qd solus neq; iureiurando, neq; obsidibus teneretur. Sed peius uictoribus sequanis, qd heduis uictis accidisse: propterea qd Ariouistus Rex germanorum in eorū finibus consedisset: tertiāq; partem agri sequani, qui esset optimus totius gallie, occupasset. Et nunc de altera parte tertia sequanos decedere iuberet: propterea quod paucissime sibus ante harudum milia hominum xxiiij. ad eū uenissent: quibus locus ac sedes pareretur: futurū esse paucis annis: uti omnes ex gallie finibus pellerentur: atq; omnes germani rhenum transiret. Neq; enim esse conferendum gallicum cum germanorū agro: neq; hanc consuetudinem uictus, cum illa comparandam.

Ariouistus Rex germanorum

Ariouistum autem ut semel gallorū copias prelio uicerit: qd prelium factum sit ad magetobrie, superbe & crudeliter imperare: obsides nobilissimi cuiusq; liberos poscere: & in eos omnia exempla, cruciatuq; edere: si qua res nō ad nutum aut ad uoluntate eius facta sit. Hominem esse barbarū; iracundum,

Exempla cruciatuq;
Ad nutū & uoluntate.

L. 1

temerarium: non posse eius imperia diutius sustineri:
nisi quid in cesare, populoq; ro. sit auxilij: omnibus gallis
idem esse faciendum: quod heluetij fecerunt: ut domo e-
migrant: aliud domicilium, alias sedes remotas a gēma-
nis petant: fortunāq; (quæcūq; accidat) experiantur. Hec
si enuntiata ariouisto sint: non dubitare: quin de omni-
bus obsidibus qui apud eum sunt grauissimū supplici-
um sumat. Cesarem uel auctoritate sua, atq; exercitū,
uel recenti uictoria, uel nomine populi ro. deterre-
re posse: ne maior multitudo germanorum rhenum tra-
ducatur: galliamq; omnem ab ariouisti iniuria posse
defendere. Hac oratione ab diuatico habita, omnes
qui aderant, magno fletu auxiliū a cesare petere ce-
perunt. Annumaduertit cesar unū ex omnibus: se-
quanos nihil earum rerū facere, quas ceteri fecissent:
sed tristes capite demisso terram intueri. Eius rei que-
sita causa esset miratus, ex ipsis quesuit. Nihil sequani respo-
dere: sed in eadem tristitia taciti permanere. Cum ab his
sepius quæreret: nec ullam omnino uocem exprimere pos-
sent. Idem diuaticus heduus respondit: hoc esse gra-
uiorem, miserioreq; fortunam sequanorū: q̄ reliquorū:
quod soli ne in occulto quidem queri, neq; auxiliū im-
plorare auderent: absentisq; ariouisti crudelitatem uelut
si coram adesset: horerent: propterea quod reliquis
tantum fugę facultas daretur: sequanis uero q̄ intra
fines suos ariouistum recepissent: quorūq; oppida oīa
impotestate eius essent: omnes cruciatus essent perferē-
di. His rebus cognitis cesar gallorū animos uerbis con-
firmavit: pollicitusq; est: eam rem curę sibi futurā:
magnam se habere spem, & beneficio suo, & auctoritate

Cesar gallorū aīos
Xbis confirmavit.

Cesaris deliberatio.

/super

adductum arioiustum finem iniurijs facturū. Hac oratione habita concilium dimisit. & eo multę res eum hortabantur. quare sibi eam rem cogitandam, & suscipiendam putaret. Imprimis quod heduos fratres consanguineosq; sepe numero a senatu appellatos in seruitute atq; ditio- ne uidebat germanorum teneri. eorūq; obsides esse apud arioiustum, ac sequanos intelligebat: qđ in tāto imperio populi ro. turpissimum sibi & rei p. esse arbitra- retur. Paulatim autem germanos consuescere rhenum transire: & in galliam magnam eorum multitudinem uenire pō. ro. periculosum uidebat: neq; sibi homines feros ac barbaros obtemperaturos existimabat: quin cum omnem galliam occupassent: ut ante cimbrī, teutoniq; fecisset: in prouinciam exirent: atq; inde in italiam contenderēt: presertim cum sequanos a prouincia nostra rhodanus diuideret. Quibus rebus q̄ maturime occurrendum pu- tabat. Ipse autem arioiustus tantos sibi spiritus tantā arrogantiam sumpserat: ut ferendus non uideretur. Quam obrem placuit ei: ut ad Arioiustum legatos mit- teret: qui ab eo postularent: uti aliquem locum mediū utriusq; colloquio deligeret: uelle sese de re p. summis utriusq; rebus cum eo agere. Ei legationi Arioiustus res- pondit. Si quid ipsi a cesare opus esset, sese ad eum uen- turum fuisse. Si quid ille a se uelit: illum ad se uenire oportere. Praeterea se neq; sine exercitu in eas partes gallię uenire audere quas cesar possideret: neq; exercitū sine magno comiteatu, atq; emolumento in unū locum contrahere posse: sibi autem mirum uideri quid in sua gal- lia quam bello uicisset, aut cesari, aut omnino populo ro. negotij esset. His responsis ad cesarem redeuntib; legatis;

Eligit. C. legatos ad Arioiustū mittere:

Respo Arioiusti arrogans

iterum ad eum cesar legatos cum his mandatis mittit. Quoniam tanto suo, populique ro. beneficio affectus, cum in consolatui suo, rex atque amicus a senatu appellatus esset: hanc sibi, populoque ro. gratiam referret: ut in colloquio uenire inuitatus grauarietur. Neque de communi reddendum sibi, & cognoscendum putaret: hec esse que ab eo postulari. Primum nequam multitudinem hominum amplius traduceret, rhenum in galliam. Deinde obsides quos haberet ab heduis redderet: sequentibusque permitteret: ut quos illi haberent, uoluntate eius reddere eis liceret: ne ue heduos iniuria laceceret: ne ue his, sociisque eorum bellum inferret. Si id ita fecisset: sibi populoque ro. perpetuam gratiam, atque amicitiam cum eo futuram. Si non impetrasset: ^{sele} quoniam M. messala L. pilone consulibus senatus censuisset: uti quicumque galliam prouinciam obtineret: quod commodo reip. facere possit: heduos, ceterosque amicos po. ro. defenderet) se heduorum iniurias ^{no} neglecturum. Adhuc Arrius respondit. Ius esse belli: ut qui uicisset, quemadmodum uellent impetarent. Item po. ro. uictis non ad alterius prescriptum, sed ad suum arbitrium impetare consuesse. Si ipse populo ro. ^{no} prescriberet: quemadmodum ipse suo iure uteretur: non oportere se a populo ro. in suo iure impediri. Heduos sibi quoniam belli fortunam tetasset: & armis congressi, ac superati essent: stipendiarios esse factos: magnam cesarem iniurias facere, qui suo aduentu uectigalia sibi deteriora faceret. Heduis se obsides redditurum non esse: neque illis neque eorum sociis iniuria bellum illaturum: si in eo manerent quod conuenisset: stipendiumque quot annis penderent. Si id non fe-

Gratiam referre-

trans

Ratio Arrii ad Scator
Legationem cesaris super
his quos uicisset.

Quot annis

D. B. G.

cissent: longe ab his fraternum nomen abfuturum populi ro. Quod si cesar denunciaret se heduorum iniurias non neglecturum: neminem secum sine sua pernicie contendisse: cum uellet: congrederetur: Intellecturus quid inuerti germani, exercitatissimi in armis qui intra annos xiiij. lectum non subiissent, uirtute possent. Hec autem eodem tempore cesari mandata referebantur: & legati ab heduis, & a treueris ueniebant. Hedui questum: quod arudes trigali qui nuper in galliam transportati essent fines eorum popularentur: sese non obsidibus quidem datis pacem ariouisti redimere potuisse. Treueri uero: pagos c. sueuorum ad ripas rheni consedisse: q. rhenū transire conarentur. His preesse nasuam & cimberium fratres. Quibus rebus cesar uehementer commotus maturandum sibi existimauit: ne si noua manus sueuorum cum ueteribus copijs Ariouisti sese coniunxissent: minime facile resisti posset. Itaque re frumentaria q̄ celerissime potuit comparata, magnis itineribus ad ariouistum contendit. Cum tridui uiam processisset: nunciatum est ei Ariouistum cum suis copijs omnibus ad occupandum uesontionem, quod est oppidum maximum sequanorum, contendere: triduiq; uiam a suis finibus processisse. Id ne accideret, magnopere sibi precauendum cesar existimabat. Namq; omnium rerum que ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido difficultas. Idq; natura loci sic munuebatur: ut magnam ad ducendū bellū daret facultatem: propterea qd̄ flumen aldualdubis ut circino) circūductum penē totum oppidū cingit. Reliquum spacium quod est non amplius pedum sexcentos, qua flumen intermittit mōs continet magna altitudie.

Concilium optimū

Vesontio oppidum maximum sequanorum

ita ut radices eius montis, ex utraq; parte ripae fluminis cō-
 tingant. Hunc murus circumdatus arcem efficit: & cum
 oppido coniungit. Huc cesar magnis nocturnis, diurnisq;
 itineribus contendit: Occupatoq; oppido ibi presidium
 collocat. Dum paucos dies ad uersionē rei feumētarię,
 commeatuq; causa moratur: ex percontatione nostrorū,
 uocibusq; gallorum, atq; mercatorum qui ingenti magni-
 tudine corporum germanos incredibili uirtute, atq; exer-
 citatione predicabant: & sepe numero sese cum his cōgres-
 sos ne uultum quidem, atq; aciem oculorum dicebāt ferē
 potuisse: tantus subito timor omnem exercitum occupauit:
 ut non mediocriter omnium mentes, animosq; pertur-
 baret. Hic primum ortus est timor a tribunis militū,
 ac prefectis, reliquisq; qui ex urbe amicitie causa cesarē
 secuti sunt: non^{am} magnū periculum miserabantur: quod
 non magnum in re militari usum habebāt. Quorum
 alius alia causa allata, quam sibi ad proficiscendū ne-
 cessariam esse diceret, petebat: ut eius uoluntate disce-
 dere liceret. Nonnulli pudore adducti ut timoris sus-
 pitionem uitarent remanebant. Hi neq; uultū fin-
 gere: neq; interdum lachrimas tenere poterant abdi-
 ti in tabernaculis: aut suum fātum querebantur: aut
 cum familiaribus suis commune periculum misera-
 bantur: uulgo totis castris testamenta ob signabantur.
 Horum uocibus ac timore, paulatim etiam hi qui ma-
 gnum in castris usum habebant milites, centurionesq;
 quiq; equitatu preerant perturbabantur. qui se ex
 his minus timidos existimari uolebant: non se hostē
 uereri, sed angustias locorum, & magnitudinē silua-
 rum, quę inter eos atq; aruioiustum intercederent:

ferocitas germanorū

in armis eē

Maxiūs timor in exercitu cesaris exortus.

atq; statim

.D. .B. .G.

aut rem frumentariam: ut satis commode supportari posset, timere dicebant. Nonnulli etiam cesari renuntiabant: cum castra moueri, ac signa ferri iussisset: non fore dicto audientes milites: neq; propter timorem signa laturos. Hæc cum animaduertisset cesar, conuocato concilio, omniūq; ordinum ad concilium adhibitis centurionibus, uehementer eos inculcavit. Primum quod, aut quā in partem, aut quo consilio ducerentur, sibi querendum aut cogitandum putarent. Arxiuustum se consule cupidissime populi romani amicitiam appetisse. Cur igitur hunc tam temere quisq; ab officio discessurum iudicaret? Sibi quidem persuaderi cognitis suis postulatis, atq; equitate & conditione perspecta, eum neq; suam, neq; populi ro. gratiam repudiaturum. Quod si furore atq; amētia impulsus bellum intulisset: quid tandem uererentur: aut quid de sua uirtute: aut de ipsius diligentia desperarent? propter factum eius hostis periculum, patrum nostrorum memoria cum cimbris & teutonis a. c. mario pulsus non minorem laudem exercitus, q̄ ipse imperator meritus esse uidebatur. propter factum etiam nuper in italia seruilem tumultum, licet aliquid usu ac disciplina q̄ a nobis accepissent, subleuarent. Ex quo iudicari posset quantum habere in se boni constantia: propterea quod quos aliquādiu inermes sine causa timuissent: hos postea armatos & uictores superassent. Deniq; germanos hos eosdem esse scirent illos cum quibus sepe nūo heluetij congressi, non solum in suis sedibus, sed etiam in illorum finibus plerūq; superarint: qui tamen pares nostro exercitui esse non potuerint. Si quos aduersum prelium, & fuga gallorum commoueret: hos si quæreret

Oratio cesaris ad centuriones eos inculcans id omniūq; animos reuocans atq; adhortans

postulatis

Constantis laus.

repperiri posse diuturnitate belli de fatigatis gallis, ar-
iustum cum multos menses castris se ac paludibus tenuis-
set. neq; sui potestatem fecisset: desperantes iam de pugna,
ut dispersos subito adortum magis ratione, & consilio,
q; uirtute uicisse. Cui quidem rationi contra homines,
barbaros atq; imperitos locus fuisset: ac ne ipsum qdē
sperare nostros exercitus capi posse: qui suum timorem
rei frumentarię simulationem, angustiasq; itinerum
conferret, facere arroganter: cum aut de officio desperare:
aut prescribere auderet. Hęc sibi esse curę: frumentum
sequanos; Leucos; Lingones sumministrare: itaq; esse in agris
frumenta matura. De itinere, ipsos breui tempore iudica-
tuos. quod non fore dicto audientes: neq; signalaturi di-
cant: nihil se ea re commoueri. Scire enim quibuscuq;
exercitus dicto audiens non fuerit: aut male re gesta
fortunam defuisse: aut aliquo facinore comperto aua-
ritiam esse coniunctam: suam innocentiam perpetua uite
felicitate heluetiorum bello esse perspectam. Itaq; se qd
in longiorem diem collaturus fuisset, representaturum
esse: & proxima nocte de quarta uigilia castra motu-
rum: utq; primum intelligere possent: utrum apud eos pu-
dor atq; officium: an timor plus ualeret. Quod si præ-
terea nemo sequatur: tamen se cum sola decima legione
iturum, de qua non dubitaret: sibiq; eam prætoriam cohor-
tem futuram. Huic legioni cesar & indulserat præcipue:
& propter uirtutem confidebat maxime. Hac oratione
habita mirum in modum conuersę sunt omnium men-
tes: summaq; alacritas ac cupiditas belli gerendi inna-
ta est. Princepsq; decimę legio^m, per tribunos militum
ei gratias egit: quod de se optimum iudicium fecisset:

Impatoris

Representatur.

Egit gratias.

seque esse ad bellum gerendum paratissimam confirmavit.
 Idem reliquis legiones per tribunos militum, & primorum
 ordinum centuriones egerunt: uti per eos cesari satisfacerent:
 se neque unquam dubitasse: neque timuisse: neque de summa
 belli suum iudicium, sed imperatoris esse, existimasse. Co-
 rum satisfactione accepta, & itinere exquisito, per diuia-
 ticum quod ex alijs ei maximam fidem habebat: ut mili-
 um amplius. L. circuitu locis apertis exercitum ducere.

De quarta uigilia ut dixerat profectus est. Septimo die cum
 iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus
 est, arioniusti copias a nostris milibus passuum quattu-
 or & xx. abesse. Cognito cesaris aduentu arioniustus le-
 gatos ad eum mittit: quod antea de colloquio postulasset:
 id per se fieri licere: quonia propius accessisset: seque sine
 piculo id facere posse existimaret. Non respuit conditionem
 cesar: lamque eum ad sanitatem reuerti arbitrabatur: cum
 id quod antea petenti denegasset: ultro polliceretur: ma-
 gnaque in spem ueniebat pro suis tantis, populique ro. in eum
 beneficijs, cognitis suis postulatis fore: uti pertinacia desiste-
 ret. Dies colloquio dictus est: ex eo die, dies quintus. In-
 terim sepe ultro, citroque cum legati inter eos mitterentur.

Arioniustus legatos
 ad cesarem mittit.

VLtro

Arioniustus postulauit: ne quem pedite ad colloquium cesar
 adduceret: uereri se ne per insidias ab eo circumueniret:
 uterque cum equitatu ueniret. alia ratione se se non esse
 venturum. Cesar quod neque colloquium interpolita cau-
 sa tolli uolebat: neque salutem suam gallorum equita-
 tui committere audebat: commodissimum esse statuit
 omnibus equis gallis equitibus detractis, in eos legio-
 narios decime legionis milites cui quod maxime confi-
 debat, imponere: ut presidium quod amicissimum si quid

facere dictum

set nunc

Loci descriptio

Cesaris & Ariouusti
colloquium

opus facto esset, haberet. Quod cum fieret non irridicule quidam ex militibus decimæ legionis dixit: plusq̃ pollicitus esset, cesarem facere: pollicitum esse in cohortis prætorie loco decimam legionem habiturum, ad equum rescribere. Planities erat magna, et in ea tumulus terreus satis gradis. Hic locus, quo fere spacio ab castris ariouusti & cesaris aberat. eo (ut erat conuentum) ad colloquium uenerunt. Legationem cesar quam equis deuexerat passibus ducentis ab eo tumulo constituit. Item equites Ariouusti pari interuallo constituerunt. Ariouustus ex equis ut colloqueretur, & præter sedenos, ut ad colloquium adducerent, postulauit. Vbi eo uentum est. Cesar initio orationis, sua senatusq̃ in eum beneficia commemorauit: quod rex appellatus esset a senatu: quod amicus: quod munera amplissima missa. Quam rem & pacis contigisse, & a romanis proximis pro magnis hominum officijs consueuisse tribui, docebat. Illum quando neq̃ aditum, neque causam postulandi iustam haberet, beneficio, ac liberalitate sua, ac senatus, ea premia consecutum. Docebat etiam q̃ ueteres, quamq̃ iuste cause necessitudinis ipsis cum heduis intercederent: que s. c. quotiens quamq̃ honorifica in eos facta essent: ut omni tempore totius galliæ principatum hedui tenuissent: prius etiam q̃ nostram amicitiam appetissent. Populi ro. hanc esse consuetudinem: ut socios, atq̃ amicos non modo sui nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctores uelit esse. Quod uero ad amicitiam populi ro. attulissent: id is eripi, quis pati posset? postulauit deinde eadem que legatis in mandatis dederat: ne aut heduis, aut eorū socijs bellum inferret: obsides redderet. Si nullā

partem germanorū domum remittere poss&at ne quos
amplius transire permitteret. Arriouustus ad postula-
ta cesaris p̄ca respondit. De suis uirtutibus multa
predicauit: transisse rhenum sese non sua sponte, sed
rogatum & accersitum a gallis non sine magna spe,
magnisq; premijs, domū, propinquosq; reliquisse. Se-
des habere in gallia ab ipsis concessas: obli-des ipsorum
uoluntate datos: stipendium capere iure belli: qđ uicto-
ros uictis imponere consueuerūt: non se se gallis, sed
gallos sibi bellum intulisse: omnes gallie ciuitates ad se
oppugnandum uenisse: ac contra se castra habuisse: casōis
copias a se pulsas uno prelio, ac superatas esse. Si iterum
exeriri uelint: se iterum paratum esse decertare. Si pa-
ce uti uelint: iniquum de stipendio recusare: quod sua
uoluntate ad id tempus pependerūt: amicitia populi
ro. sibi ornamento, & presidio, non detrimento esse oportere.
Idq; se ea spe petisse. Si p̄ populum ro. stipendium remit-
tatur: & de ditijs subtrahantur: non minus libenter
se se recusaturū populo ro. amicitia, q̄ appetierit. Quod
multitudine germanorū in galliam traducat: id se
sui muniendi non gallie impugnande causa facere.
Eius rei testimonio esse: qđ nisi rogatus non uenerit:
et qđ bellum non intulerit: sed defenderit: se prius
in galliam uenisse, q̄ po. ro. Nunq̄ ante hoc tempus
exercitum ro. po. gallie prouincie fines ingressum. Quid
sibi uellet: cur in suas possessiones ueniret: prouincia suā
hanc esse galliam: sicut illam nostrā: ut sibi concedi nō
oporteret: si in nostros fines impetum faceret: sic item
nos esse iniquos: qđ in suo iure se interpellaremus. Qđ
fratres a se, & amicos heduos appellatos diceret: non se

rhenum

Ratio Arriouusti teme-
raria & inconsulta

Interpellare

. L 1 .

tam barbarum tamq̄ imperitum esse rerum: ut nō sciret,
neq̄ bello allobrogū proximo, heduos romanis auxilium
tulisse: neq̄ ipsos in his contentionibus quas hedui secum,
ex cum sequanis habuissent, auxilio po. ro. ulos esse debere:
se suspicari simulatam cesarem amicitia, quod exercitū
in gallia habeat, sui opprimendi causa habere: qui nisi
decedat atq̄ exercitum deducat ex his regionibus se se
illum non pro amico, sed pro hoste habiturū. Quod si
eum interfecerit multis sese nobilibus, principibusq̄ po.
ro. gratū esse facturū. Id se ab ipsis per eorum nuntios
compertum habere: quorū omnium gratiā atq̄ amicitia
eius morte redimere posset. Quod si discessisset: et
liberam possessionem gallie sibi tradidisset: magno se il-
lum premio remuneraturū. & quęcūq̄ bella geri uellet
sine ullo eius labore, & periculo confecturū. Multa a
cesare in eam sententiam dicta sunt. Quare negotio
desistere non posset: et neq̄ suā, neq̄ populi ro. consuetu-
dinem pati: uti optime meritos socios desereret: neq̄ se
iudicare galliam potius esse Arriouisti, q̄ po. ro. bello su-
peratos esse auernos, et rutenos, a Q. Fabio maximo:
quibus po. ro. ignouisset: neq̄ in prouinciā redeisset:
neq̄ stipendiū imposuisset. Quod si antiquissimū q̄q̄
tempus spectari oporteret: po. ro. iustissimum esse in
gallia imperiū: si iudiciū senatus obseruari oportere-
ret: liberam debere esse galliam: q̄ bello uictam suis
legibus uti uoluisset. Dum hæc in colloquio geruntur:
cesari nuciatum est equites arriouisti propius tumu-
lum accedere: & ad nostros ad equitare: lapides, te-
lāq̄ in mōs conijcere. Cesar loquendi finem fecit:
seq̄ ad suos recepit: suisq̄ imperauit: ne qd̄ omnino

Colloquij finis.

telum in hostes reijcerent. Nam & si sine ullo periculo legio-
nis delecte comissum cum equitatu prelium fore uide-
bat: tamen comittendum non putabat: ut pulsus hosti-
bus dici posset, eos ab se per fidem in colloquio circūuentos.
Postea q̄ in uulguis militum delatum est: qua arrogātia
in colloquio usus esset: omni gallia romanis interdixis-
set: impetūq; in nostros eius equites fecissent: eaq; res
colloquium uti diremisset: multo maior alacritas, stu-
diūq; pugnandi maius exercitui iniectum est. Biduo
post ariouisto ad cesarem legatos mittit, uelle se de his
rebus que inter eos agi cepte, nec perfecte essent, agere
cum eo: uti aut iterum colloquio diem constitueret: aut
si id minus uellent e suis legatis unum ad se mitteret.
Colloquendi cesari causa uisa non est: & eo magis q̄ pri-
die eius diei germani retineri non potuerint: quin in
nostros tela conijcerent. Legatūq; e suis sese magno
cum periculo ad eum missurū: et hominibus feris obiect-
urum existimabat. Commodissimū uisum est. C. ua-
lerium procillum. C. ualerij caburi filium sumā uirtu-
te & humanitate adolescentem, cuius pater a. C. uale-
rio Flacco ciuitate donatus erat, & propter fidem, et
propter lingue gallice scientiam, qua multa iam ario-
iustus longinqua consuetudine utebatur: et quod in
eo peccandi germanis causa non esset, ad eum mittere:
& Marium titium qui hospicio ariouisti utebatur.
His mandauit: ut que diceret ariouistus, cognoscerent:
& ad se referrent. Quos cum apud se in castris ario-
iustus conspexisset: exercitu suo presente conclamauit:
quid ad se ueniret: an speculandi causa, causam co-
nantes dicere prohibuit: & in cathenas coniecit. Eodē

ats ne
*Probe & sapienter
a Cesare factum*

Lingue gallice scia

*Inique ab Ariouisto
factum*

*preter p[ro]p[ri]a
ut ultra*

*Cesar & Ariouustus
ad bellum parantur*

die castra promouit. & milibus passuum sex a cesaris castris
sub monte descendit. post die eius diei preter castra
cesaris suas copias traduxit. et milibus passuum duobus
ultra eum castra fecit eo consilio, ut frumento, comēatūq;
qui ex sequanis, & heduis supportaretur, cesarem inter-
cluderet. Ex eodie dies continuos quinq; pro castris ce-
sar suas copias produxit. & aciem instructā habuit:
ut si uellet ariouustus p[re]lio contendere. ei potestas nō
de esset. Ariouustus his omnibus diebus exercitū castris
continuit. equestri p[re]lio quotidie contendit. Genus
hoc erat pugne. quo se germani exercuerant. Equitum
milia erant sex. totidem numero pedites uelocissimi,
ac fortissimi. quos ex omni copia singuli singulos sus-
salutis causa delegerant. Cum his imp[re]lijs uersaban-
tur. ad eos se equites recipiebant. Hi si quid erat du-
rius occurrerant. si qui grauiore uulnere accepto equo
deciderāt, circūfistebant. Si quo erat longius prodeū-
dum, aut celerius recipiendū: tanta erat horum exē-
citatione celeritas. ut iubis equorū subleuati cur-
sum adsequarent. Vbi eum castris sese tenere cesar
intellexit. ne diutius comēatu prohiberetur. ultra
eum locum, quo in loco germani confederāt, circiter
passus sexcentos ab his castris idoneum locū dele-
git. acieq; triplici instructa ad eum locum uenit.
primam & secundam aciem in armis esse. tertiā cas-
tra munire iussit. Hic locus ab hoste circiter passus
sexcentos (uti dictum est) aberat. Eo circiter hominū
numero xvi^m expedita, cum omni equitatu ariouustū
misit: quę copie nostros p[er]terrerēt. & munitionez
prohiberent. Nihilominus cesar (ut ante constitue-

rat) duas acies hostes propulsare: tertiam opus perficere iussit. munitis castris, duas ibi legiones reliquit, & partem auxiliorum. Quattuor reliquas legiones in castra maiora reduxit. Proximo die instituto suo cesar & castris utriusque copias suas eduxit: paululumque & maioribus castris progressus aciem instruxit: hostibusque pugnandi potestatem fecit. Vbi ne tum quidem eos prodire intellexit: circiter meridiem exercitum in castra reduxit. Tum demum Arrius partem suarum copiarum que castra minora oppugnaret, misit. Acriter utriusque usque ad uesperum pugnatum est. Solis occasu suas copias Arrius multis & illatis & acceptis uulneribus in castra reduxit. Cum ex captiuis quereret cesar: quam obrem Arrius prelio non decertaret. Hanc reperiens causam: quod apud Germanos ea consuetudo esset: ut matres familias eorum sortibus & uaticinationibus declararent: utrum prelium committi ex usu esset: nec ne. Eas ita dicere non esse phas Germanos superare: si ante nouam lunam prelio contendissent. post die eius diei cesar presidio utriusque castris (quod satis est uisum) relicto, omnis Alarios in conspectu hostium pro castris minoribus constituit: quo minus multitudine militum Legionariorum pro hostium numero ualebat: ut ad speciem Alarij uteretur: ipse triplici instructa acie: usque ad castra hostium accessit: Tum demum necessario Germani suas copias & castris eduxerunt: generatimque instituerunt. Paribus interuallis Harudes, Marcomannos, Triboces, Vangiones, Nemetes, Sedusios, Sueuos, omnemque aciem suam Rhedis & Caris circumdederunt: ne qua spes infuga relinqueretur. Eo mulieres imposuerunt: que in prelium proficiscentes milites passis criminibus flentes implorabant: ne se in seruitute

Instituto suo

Fatua opinio & stulta
Germanorum consuetudo

Alarij

Elegans a cesare factu

Committitur preliuz iter. Cs. & arioniustu.

Strenue factu a militibus cesaris.

Victoria. c. de arioniusto & germanis

Due uxores arioniusti periere

in fuga

romanis traderent. Cesar singulis legionibus singulos legatos & questorem prefecit uti eos testes sue quisq; uirtutis haberet. Ipse a dextro cornu qd eam partem minime firmam hostium esse animaduertent, prelium comisit. Ita nostri acriter in hostes signo dato impetum fecerunt. Itaq; hostes repete, celeriterq; procurunt: ut spatium pila conijcendi non daretur. relictis pilis cominus gladijs pugnatum est. At germani celeriter ex consuetudine sue phalange facta, impetum gladiorum exceperunt. Reperti sunt coplures nostri milites qui in phalangem insilirent: & scuta manibus reuellerent: & desuper uulnerarent. Cum hostium acies a sinistro cornu pulsa atq; infugam conuersa esset: a dextro cornu uehementer multitudine suorum nostram aciem premebant. Id cum animaduertisset p. crassus adolescens qui equitatu preerat: quod expeditior erat: q; hi qui intra aciem uersabantur, tertiam partem laborantibus nostris subsidio misit. Ita prelium restitutum est: atq; omnes hostes terga uerterunt: nec prius fugere destiterunt: q; ad flumen rhenum milia passuum ex eo loco circiter quinque peruenerunt. Ibi perpauci aut uiribus confisi tranare contenderunt, aut lintibus inuentis sibi salutem repperunt. In his fuit arioniustus qui nauiculam deligatam ad ripam nactus, ea profugit. Reliquos omnes equitatu cosecuti nostri interfecerunt. Dux fuerunt arioniusto uxores. vna sueua natione qua domo secum eduxerat. Altera norica Regis boacionis soror quam in galliam duxerat, a fratre missam: utreeq; in ea fuga perierunt. Dux filie harum altera occisa: altera capta est. C. ualerius procillus cum a custodibus ternis cathenis uinctus traheretur: in ipsum cesarem hostium

ats trim

equitatum persequentem incidit. Quae quidem res non
 minorem caesari, quam ipsa uictoria uoluptatem attulit: quod
 hominem honestissimum provinciae galliae familiaris
 suum & hospitem exceptum est manibus hostium sibi restitu-
 tum uidebat: neque eius calamitate de tanta uoluptate
 & gratulatione quicquam fortuna diminuerat. Ipse se presen-
 te de se ter sortibus consultum dicebat: utrum igni statim
 necaretur: an in aliud tempus reseruaretur. Sortium bene-
 ficio se esse incolumem. Item M. titius repertus, & ad eum
 reductus est. Hoc praefilio trans rhenum nunciato suerui qui
 ad ripas rheni uenerant domum reuerti ceperunt. Quos
 ubique proximi rhenum incolunt perterritos senserunt,
 insecuti magnum ex eis numerum occiderunt. Caesar una
 estate duobus maximis bellis confectis, maturius paulo
 quam tempus anni postulabat in hiberna insequanos exerci-
 tum deduxit. Hibernis labienum praeposuit. Ipse in cite-
 riorem galliam ad conuentus agendos profectus est.

COMMENTARIORVM C. IVLII CAESARIS DE BELLO
 GALLICO LIBER SECVNDVS INCIPIT. IVLIVS CELSVS
 CONSTANTINVS VIR CLARVS EMENDAVIT.

VM. ESSET CAESAR IN CITERIORE GALLIA
 in hibernis ita uti supra demonstrauiimus: cre-
 bri rumores ad eum afferebantur. litterisque ite-
 labieni certior fiebat: omnes belgas quam tertiam esse
 partem galliae dixeramus contra populum romanum
 coniurare, obsidesque intra se dare. Coniurandi has esse
 causas. Primum quod uererentur ne omni pacata gal-
 lia ad eos exercitus noster adduceretur. Deinde quod
 a nonnullis gallis sollicitarentur partim qui germa-
 nos diutius in gallia uersari noluerant: ita populi ro-

exercitum hiemare atq; inueterascere in gallia moleste ferebant. partim qui mobilitate & leuitate animi nouis imperijs studebant. a nonnullis etiam qd in gallia a potentioribus atq; his qui ad conducendos homines facultates habebant. uulgo regna occupabantur qui minus facile eam rem in imperio consequi poterant. His nuntijs litterisq; commotus cesar duas legiones in citeriore gallia nouas conscripsit. & ineunte estate in interiorem galliam qui deduceret. Q. pedium legatum misit. Ipse cum primu pabuli copia esse inciperet ad exercitum uenit dat negotium senonibus reliquisq; gallis qui finitimi belgis erat uti ea que apud eos gerantur cognoscant. seq; de his rebus certiozem faciant. Hi constanter omnes nunciauerunt manus cogi exercitusq; in unum locum conduci.

Tum uero dubitandum non existimauit quin ad eos .xii. die proficisceretur. Re frumentaria comparata castra mouet diebusq; circiter .xv. ad fines belgarum peruenit. Eo cum de improviso celeriusq; omni opinione uenisset remi qui proximi gallie ex belgis sunt ad eum legatos locum & andocuburium primos sue ciuitatis miserunt. qui diceret se suaq; omnia in fidem atq; potestatem populi ro. permittere neq; se cu belgis reliquis consensisse neq; contra populum ro. coniurasse paratosq; esse obsides dare & imperata facere. & oppidis recipere & frumento ceterisq; rebus iuuare. Reliquos omnes belgas in armis esse germanosq; qui cis rhenum incolunt se se cum his coniunxisse tantuq; esse eorum omnium furorem ut ne suessiones quidem fratres consanguineosq; suos qui eade iure & hisdem legibus utantur. & unu imperiu unuq;

Cesar belgis obuiait.

Legati remorum ad caesarem.

magistratum cum ipsis habeant deterrere potuerint quoniam cum his consentirent. Cum ab his quæreret quæ ciuitates quantæque in armis essent & quid in bello possent sic reperiēbat plerisque belgas esse ortos ab germanis thenūque antiquitus traductos propter loci fertilitatem ibi consēdisse gallosque qui ea loca incolebant expulisse solosque esse qui patrum nostrorum memoria omni gallia uexata teutonos: cimbroſ intra fines suos ingredi prohibuerint. Qua ex re fieri uti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem magnosque spiritus in re militari sumeret. De numero eorum remi omnia se habere explorata dicebant: propterea quod propinquitatibus affinitatibusque coniuncti quantam quisque multitudinem in belgarum communi concilio ad id bellum pollicitus sit cognouerint plurimum inter eos bellouagos & uirtute & auctoritate & hominum numero ualere. Hos posse conficere armata milia centum. pollicitos etiā ex eo nūo electa milia sexaginta totiusque belli imperium sibi postulare. Suesiones suos esse finitimos finesque latissimos feracissimos agros possidere. Apud eos fuisse regem et nostra memoria. Diuiaticum totius galliæ potentissimum qui cum magne partis harum regionum tū et britanniæ imperium obtinuerit nunc esse regem galbarum. Adhunc propter iusticiam prudentiamque suam totius belli summam omnium uoluntate deferri. Oppida habere numero duodecim polliceri milia armata quinquaginta totidem neruios qui maxime inter ipsos feri habebantur longissimeque absint. Quindecim milia atrebates. Ambianos x milia: morinos xxv milia: Menapios septem milia: Caleros x milia: velocasses & ueromanduos

Belgarum origo

Bellouagi

Suesiones

Diuiaticus olim Rex

Galba Rex

Neruij

Atrebates
Ambiani
Morini
Menapij
Calerj
Velocasses
Veromandui

Catuati
Condrusi
Eburones
Ceroesi
paemani

obfides

Ad diem

totidem: Catuatos. xviii. milia: Condrusos: Eburones: Ceroesi: paemanos qui uno nomine germani appellatur. ad xl. milia arbitrari. Cæsar remos cohortatus liberaliterq; oratione prosecutus omnem senatum ad se conuenire principūq; liberos ad se adduci iussit. Quæ oīa ab his diligenter ad diem facta sunt. Ipse diuaticum heduiū magnopere cohortatus docet quantopere rei publicæ communisq; salutis intersit manus hostium distineri neq; cum tanta multitudine uno tempore confligendum sit. Id fieri posse si suas copias heduii fines bellouagorum introduxerint & eorum agros populari ceperint. His mandatis eum ad se dimittit. Postq; omnes belgarum copias in unū locum coactas ad se uenire uidit neq; iam longe abesse ab his quos miserat exploratoribus & ab remis cognouit ad flumen axonam quod est in extremis remorū finibus exercitum traducere maturauit atq; ibi castra posuit. Quæ res & latus unum castrorum ripis fluminis munitabat & post eum quæ essent tuta ab hostibus reddebat & commeatus ab remis reliquisq; ciuitatibus ut sine periculo ad eum portari possent efficiebat. In eo flumine pons erat ubi presidium ponit. & in altera parte fluminis. Q. titurium sabinum legatum cum sex cohortibus relinquit. Castra in altitudine pedum xii. uallo fossaq; duo de xx. pedum munire iubet. Ab his castris oppidum remorum nomine bibrax aberat passuum milia octo. Id ex itinere magno impetu belge oppugnare ceperunt. egre eo die sustentatum est: galloꝝ eadēq; belgarum oppugnatio est. At ubi circūiecta multitudie hominum totis moenibus undiq; in murum lapideos

Axona fl.

Duo de uiginti

Bibrax opidū oppugnatur a belgis

iaci cepti sunt: murusq; defensoribus nudatus est: testudine facta portas succendunt: murumq; subruunt qđ tum facile fiebat. Nam cum tanta multitudo lapides ac tela conijcerent: immuro consistendi potestas erat nulli. cū finem oppugnandi nox fecisset. loctius remus summano-bilitate & gratia inter suos quitum oppido presuerat unum ex his qui legati ad cesarem uenerant nuntium ad eum mittit nisi subsidium sibi submittat. sese diutius sustinere non posse. Eo de media nocte cesar hisdem ducibus usus qui nuntij ab octio uenerant numidas & cretas sagittarios & funditores balearesq; subsidio oppidanis mittit. Quorum aduentu et remus cum spe defensionis studium propugnandi accessit. & hostibus eadem de causa spes potiundi oppidi discessit. Itaq; paulisper apud oppidum morati agrosq; remorū depopulati omnibus uicis edificijsq; quot adire poterant incēsis ad castra cesaris omnibus copijs contenderūt. & a milibus passuum minus duobus castra posuerūt: quę castra ut fumo & lignibus significabatur amplius milibus passuum octo in latitudinem patebant. Cesar primo & propter multitudinem hostium & propter eximia opinionem uirtutis prelio supersedere statuit. Quotidie tamen equestribus prelijs quid hostis uirtute posset & quid nostri auderent periclitabatur. Vbi nostros nō esse inferiores intellexit: Loco pro castris ad aciem instruendam natura opportuno atq; idoneo quod is collis ubi castra posita erant paululū explanitie editus tantum aduersus in latitudinem patebat quantum loci acies instructa occupare poterat atq; ex utraq; parte lateris deiectus habebat & in frontem

/ de pace

Aduentus belgarum
ad castra cesaris

/ sollicitationibus exquirebat

Leniter castigatus

leniter castigatus paulatim ad planiciem redibat ab utroq; latere eius collis transuersam fossam obduxit circiter passuum quadringentorū & ad extremas fossas castella constituit. Ibiq; tormenta collocauit ne cū acie instruxisset hostes qui tantum multitudine poterāt a lateribus pugnantes pugnantes suos circūuenire possent. Hoc facto duabus Legionibus quas proxime conscripserat in castris relictis ut si quo opus esset subsidio dici possent reliquas sex legiones pro castris i acie constituit. Hostes item copias suas e castris eductas instruxerant. Palus erat non magna inter nostrū atq; hostium exercitum hanc si nostri transirent hostes expectabant nostri autem si ab illis initium transeundi fieret ut impeditos aggredierentur parati in armis erant. Interim prelio equestri inter duas acies contendebatur. Vbi neutri transeundi initium faciunt secundiore prelio equitum nostrorū cesar suos inreduxit. Hostes protinus ex eo loco ad flumen axonam contenderunt quod esse post castra nostra demonstratum est. Ibi uadis repertis partem suarū copiarum traducere conati sunt eo consilio ut si possēt castellum cui preerat. Q. titurius legatus expugnare pontemq; interscinderēt si minus possent agros remorum popularentur. qui magno nobis usui ad bellum gerendum erant commeatuq; nostros prohiberēt. Caesar certior factus ab titurio omnem equitatu & leuis armature numidas funditores sagittariosq; pontem traducit atq; ad eos contendit. Acriter in eo loco pugnatum est. Hostes impeditos nostri in flumine aggressi magnum numerum eorum occiderūt pereorum

Nō

/castra

Leuis armature

Acris preliatio

corpora / audacissime transire conantes multitudine te-
 lorum reppulerunt. Primos qui transierant equitatu cir-
 cūuentos interfecerunt. Hostes ubi & de expugnando op-
 pido & de flumine transeundo spem se fefellisse intelle-
 xerūt neq; nostros in locum iniquiorem progredi pu-
 gnandi causa uiderunt: atq; eis res frumētaria defi-
 cere ceperint consilio conuocato constituerunt optimū
 esse domum suam queng; reuerti. & quorum in fines
 primum Romani exercitum introduxissent ad eos de-
 fendendos uidiq; conuenirent ut potius in suis q̄ in alie-
 nis finibus decertarent & domesticis copijs rei frumē-
 tariae uterentur. Ad eam sententiam cum reliquis cau-
 sis hęc quoq; atq; heduos finibus bellouagorū appropin-
 quare cognouerant. His persuaderi ut diutius mora-
 rentur neq; suis auxilium ferrent non poterat. Ea re
 constituta secunda uigilia magno cum strepitu ac tumul-
 tu castris egressi nullo certo ordine atq; imperio cū sibi
 quisq; itineris primū locum peteret & domum prope-
 raret fecerunt ut consimilis fugę profectio uideretur.
 Hac re cesar statim per speculatores cognita insidias ue-
 ritus quod qua de causa discederent non dum prospe-
 xerat exercitum equitatuq; castris continuit. Prima
 luce confirmata re ab exploratoribus omnem equita-
 tum qui nouissimum agmen moraretur premisit eijs
 Q. pedium & L. aurunculeium Cottam legatos prefe-
 cit. T. Labienum legatum cum legionibus tribus suble-
 qui iussit. Hi nouissimos adorti & multa milia passuū
 profecuti magnam multitudinem eorum fugientiu;
 con ciderunt. Cum ab extremo agmine ad quos uen-
 tum erat consisterent. Fortiterq; impetum nostrorum

/reliquos

/ratio eos deduxit quod diuianō q̄

Belgarum fugientiu;
magna strages

militum sustinerent prioresq; quod abesse periculo uiderentur neq; ulla necessitate neq; imperio continerentur ex audito clamore & perturbatis ordinibus omnes in fuga sibi presidium posuerunt. Ita sine ullo periculo tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt quantum fuit diei spatium. Sub occasumq; solis sequi destiterunt seq; in castra ut erat imperatum receperunt. Post die eius diei cesar priusq; se hostes exterrore ac fuga reciperent in fines suessionum qui proximi remis erant exercitum duxit & magno itinere confecto ad oppidum nouiodunum contendit. Id ex itinere oppugnare conatus est quod uacuum a defensoribus esse audiebat propter latitudinem fossae muriq; altitudinez paucis defendentibus expugnare non potuit. Castris munitis uineas agere queq; ad oppugnandum usui erant comparare cepit. Interim omnis ex fuga suessionum multitudo in oppidum proxima nocte conuenit celeriterq; uineis ad oppidum actis aggere iacto turribusq; constitutis magnitudine operum que neq; uiderant ante galli neq; audierant et celeritate romanorum permoti legatos ad cesarem de ditione mittunt & petentibus remis ut conseruarentur impetrant. Cesar obsidibus acceptis primis ciuitatis atq; ipsius galbe regis duobus filijs armisq; omnibus ex oppido traditis in deditionem suessiones accepit exercitumq; in bellouagos ducit. Qui cum se suaq; omnia in oppidum bratuspantium contulisset atq; ab eo oppido cesar cum exercitu circiter milia passuum .V. abesset omnes maiores natu ex oppido egressi manus ad cesarem tendere & uoce significare ce-

Vineas

perunt sese in eius fidem ac potestatem uenire neq̄ cō-
 tra po. ro. armis contendere. Item cum ad oppidum ac-
 cessisset castraq̄ ibi poneret pueri mulieresq̄ ex muro ex-
 passis manibus suo more pacem a romanis petierunt.
 prohis diuiaticus (Nam post discessum belgarum dimissis
 heduorum copijs ad eum reuerterat) facit uerba. Bello-
 uagos omni tempore infide atq̄ amicitia ciuitatis he-
 duis fuisse impulsos absuis principibus qui dicerēt he-
 duos a cesare in seruitutem redactos omnes indigni-
 tates contumeliasq̄ perferre & ab heduis defecisse et
 populo ro. bellum intulisse. Qui huiusmodi consilij prin-
 cipes fuissent quod intelligerent quantam calamitatē ciui-
 tati intulissent in britaniam profugisse. petere non so-
 lum bellouagos sed & prohis heduos ut sua clementia
 ac mansuetudine in eos utatur. Quod si fecerit heduo-
 rum auctoritatem apud omnes belgas amplificaturū
 quorum auxilijs atq̄ opibus si qua bella inciderūt sub-
 stentare consueuerint. Cesar honoris diuiatici atq̄ he-
 duorum causa sese eos infidem recepturum & conserva-
 turum dixit. Sed quod erat ciuitas magna inter belgas
 auctoritate atq̄ multitudine prestabat sexcentos obli-
 des poposcit. His traditis omnibusq̄ armis ex oppido
 collatis ab eo loco usq̄ in fines ambianorū peruenit:
 qui sese atq̄ omnia sine mora dediderunt eorumq̄
 fines neruij attingebant quorum de natura mori-
 busq̄ cesar cum querebat sic reperiebat nullum adi-
 tum esse ad eos mercatoribus nihil pati uini reliqua-
 rumq̄ rerum ad luxuriam ptinentium inferri q̄t
 his rebus relanguescere animos eorumq̄ remitti uir-
 tutem existimarent esse homines feros magneque

Diuiaticus p bello-
 uagis ad. C. uerba
 facit.

/hominum

De natura & moribz
 neruorum

Remittitur uirtus

uirtutis increpitare atq; inculcare reliquos belgas q; se-
 po. ro. dedissent patriamq; uirtutem proiecissent confir-
 mare sese neq; legatos missuros neq; ullam conditionē
 pacis accepturos. Cum per eorum fines triduum iter fe-
 cisset inueniebat ex captiuis eorum sabini flumen ab
 castris suis non amplius milia passuum .x. abesse trans
 id flumen omnes neruios consedissee aduentumq; ibi
 romanorum expectare una cum atrebatibus & uero-
 manduis finitimis suis. Nam his utrisq; persuaserat
 uti eandem belli fortunam experirentur expectari et
 ab his aduatucorum copias atq; esse in itinere mu-
 lieres quiq; per etatem ad pugnam inutiles esse uide-
 rentur in eum locum conuenisse quo propter paludes
 exercitui aditus ^{no} esset. His rebus cognitis exploratores
 centurionesq; premitit qui locum idoneum castris de-
 ligat. Cumq; ex dedititijs belgis reliquisq; gallis com-
 plures cesarem secuti una iter facerent quidam ex
 his ut postea excaptiuis cognitum est eorum diere
 consuetudine itineris nostri exercitus perspecta noc-
 te ad neruios peruenerunt atq; his demonstrarunt
 inter singulas legiones impedimentorum magnū
 numerum intercedere neq; esse quicq; negocij cum pri-
 ma legio in castra uenisset reliquisq; legiones per ma-
 gnum spatium abessent: hanc subsarcinis adoriri
 posse qua pulsa impedimentisq; direptis futurum ut
 relique contra consistere non auderent. Adiuuabat
 etiam eorum consilium qui rem deferebant quod ner-
 uij antiquitus cum equitatu nihil possent neq; em
 ad hoc tempus ei rei student: sed quicquid possunt
 pedestribus ualent copijs quo facilius finitimorum

Antiquitus

.D. .B. .G.

equitatum si predandi causa ad eos uenissent impedirent teneris arboribus incisus atq; inflexis crebrisq; in altitudinem ramis enatis & rubis sentibusq; interiectis effecerat ut instar muri he sepes munimenta preberent quo non modo non intrari sed ne perspici quidem posset. His rebus cum iter agminis nostri impediretur non obmittendum sibi consilium neruij ^{xi} estimauerunt. Loci natura erat hec quem nostri castris delegerant collis ab summo equaliter decliuus ad flumen sabini quod supra nominauimus uergebat. Ab eo flumine pari accliuitate collis nascebatur aduersus huic & contrarius passus circiter ducentos infimus apertus a superiore parte siluestris ut non facile introitus perspici posse. Itra eas siluas hostes in occulto sese continebant. In aperto loco secundum flumen pauce stationes equitum uidebantur. Fluminis erat altitudo pedum circiter trium. Cesar equitatu premissis subsequabatur omnibus copijs. Sed ratio ordog; agminis aliter se habebat ac belge ad neruios detulerant. Nam quoad hostis appropinquabat consuetudine sua cesar sex legiones expeditas ducebat post eas totius exercitus impedimenta collocarat. Inde duae legiones que proxime conscripte erant totum agmen claudebant presidioq; impedimentis erant. Equites nostri cum funditoribus sagittarijsq; flumen transgressi cum hostium equitatu prelium comiserunt. Cum se illi idetidem in siluas ad suos reciperent ac rursus e siluis in nostros impetum facerent nec nostri in longius q; quem ad finem porrecta ac loca aperta pertinebant cedentes insequi auderent. Interim legiones sex que prime uenerant opere dimenso castra mu-

Loci descriptio

Secundum

Ratio ordog; agminis

Idetidem

nire ceperunt. Vbi prima impedimenta nostri exercitus abhis qui in siluas latebant uisa sunt quod tempus inter eos comittendi prelij conuenerat ita ut intra siluas aciem ordinesq; constituerant atq; ipsi sese confirmauerant subito omnibus copijs prouolauerunt impetūq; in nostros equites fecerunt. His facile pulsus atq; perturbatis incredibili celeritate ad flumen decurrerunt ut pene uno tempore & ad siluas & in flumen etiam in manibus nostris hostes uiderentur. Eadem autem celeritate aduerso colle ad nostra castra atq; eos qui in opere occupati erant contenderunt. Cesari omnia uno tempore erant agenda uexillum proponendum qd erat insigne cum ad arma concurrere oporteret. Signū tuba dandum ab opere reuocandi milites qui paulo longius aggeris petendi causa processerant arcessendi acies instuenda milites cohortandi signum dandum quarum rerum magnam partem temporis breuitas & successus & incursum hostium impediēbat. In his difficultatibus duę res erant subsidio scientia atq; usus militum quod superioribus prelijs exercitati quid fieri oporteret non minus commode ipsi sibi prescribere q̄ ab alijs doceri poterant & quod ab opere singulisq; legionibus singulos legatos cesar discedere nisi munitis castris uetuerat. hi propter propinquitatem et celeritatem hostium nihil iam cesaris imperium expectabant sed perse que uidebantur administrabant. Cesari necessarijs rebus imperatis ad cohortandos milites quam in partem fors obtulit decurrit & ad legionem decimam deuenit. Milites non longiore oratione cohortatus est q̄ uti pristinae uirtutis sue me-

Bellum magnum &
periculosum inter ner-
uios & romanos.

Hortatus est suos
cesar

moriam retinerent neu perturbarentur animo hosti-
 umq; impetum fortiter sustinerent & quia non lon-
 gius hostes abierant q̄ quo telum adici posset prelij
 comittendi signum dedit atq; in alteram partē item
 cohortandi causa profectus pugnantibus occurrit.
 Temporis tanta fuit exiguitas hostiuimq; tam paratus
 ad pugnandum animus ut non modo ad insignia
 accomodanda sed etiam ad galeas induendas scu-
 tisq; tegumenta detrahenda tempus defuerit quam
 quisq; in partem ab opere casu deuenit queq; prima
 signa conspexit ad hec constitit ne in querendis suis
 pugnandi tempus dimitteret. Instructo exercitu ma-
 gis uti loci natura delectusq; collis & necessitas tempo-
 ris q̄ ut rei militaris ratio atq; ordo postulabat cū
 diuersis legionibus alij alia in parte hostibus resisterent se-
 pibusq; densissimis ut ante demonstrauius interiec-
 tis prospectus impediretur neq; certa subsidia colloca-
 ri neq; quid in quaq; parte opus esset prouideri neq; ab
 uno omnia imperia administrari poterant. Itaq; intā-
 ta rerum iniquitate fortune quoq; euentus uarij seque-
 bantur. Legionis nonę & decimę milites ut sinistra
 parte aciei constiterant pilis emissis cursu ac lassitu-
 dine exanimatos/confectos atrebates. Nam his ea
 pars obuenerat celeriterq; ex loco superiore in flumē
 compulerunt & transire conantes insecuti gladijs
 magnam partem eorum impeditam interfecerunt.
 Ipsi transire flumen non dubitauerūt. & in locū ini-
 quum progressi rursus regressos ac resistentes hostes
 reintegrato prelio in fugam coniecerunt. Item alia
 in parte duę legiones diuersę xi^a & octaua p̄fligatis

/uulneribusq;

ueromanduis quibus cum erant congressi ex loco superiore in ipsis fluminis ripis preliabantur. Attonitis fere a fronte & ab sinistra parte nudatis castris quae in dextro cornu legio duodecima & non magno ab eo interuallo septima constitisset omnes neruij confertissimo agmine duce boduagrato qui summam Imperij tenebat ad eum locum contenderunt.

Boduagratus dux

Quorum pars aperto latere legiones circumuenire pars summum castrorum locum petere cepit. Eodem tempore equites nostri leuissq; armaturae pedites q; cum his una fuerant quos primo impetu hostium pulsos dixeram cum se in castra reciperent aduersis hostibus occurrebant ac rursus aliam in partem fugam petebant. & calones qui ab decumana porta summo iugo collis nostros uictores flumen transire conspexerant praedandi causa egressi cum resperisset & hostes in nostris castris uersari uidissent precipites fugae sese mandabant simul eorum qui cum impedimentis ueniebant clamor fremitusq; oriebatur alijq; aliam in partem perterriti ferebantur. Quibus omnibus rebus permoti equites treueri quorum inter gallos uirtutis opinio est singularis qui auxilij causa ab ciuitate ad caesarem missi aduenerant cum multitudine hostium castra nostra compleri nostras legiones premi & pene circumuentas teneri calones equites funditores numidas diuersos dissipatosq; in omnes partes fugere uidissent desperatis nostris rebus domum contenderunt. Romanos pulsos superatosq; castris impedimentisq; eorum potitos ciuitati renunciauerunt. Caesar ab decimae legionis

*Turpis fuga galloꝝ
equitum*

hostes

cohortatione ad dextrum cornu profectus ubi suos urge-
 ri signisq; in unum locum collocatis duodecime Legionis
 confectos milites sibi ipsos ad pugnam esse impedimen-
 to uidit quartę cohortis omnibus centurionibus oc-
 cisis signiferoq; interfecto signo amisso reliquarum
 cohortium omnibus fere centurionibus aut uul-
 neratis aut occisis in his primipilo P. sexto bibacu-
 lo fortissimo uiro multisq; grauib; uulneribus con-
 fecto ut iam sese sustinere non posset reliquos esse
 tardiores & nonnullos ab nouissimis desertos prelio
 excedere ac tela uitare hostes neq; a fronte ex infe-
 riore loco subeuntes intermittere & ab utroq; latere
 instare & rem esse in angusto uidit neq; ullum esse
 subsidium quod submitti poss& scuto ab nouissimis
 uni militum detracto quod ipse eo sine scuto uene-
 rat in primam aciem processit centurionibusq; no-
 minatim appellatis reliquosq; cohortatus milites signa
 inferre & manipulos laxare iussit quo facilius gladijs
 uti possent. Cuius aduentu spe illata militibus ac re-
 integrato animo cum pro se quisq; in conspectu impa-
 toris etiam extremis suis rebus operam nauare cu-
 per& paulum hostium impetus retardatus est. Cesar
 cum septimam Legionem que iuxta constiterat ite-
 urgeri ab hoste uidisset tribunos militum monuit
 ut paulatim sese legiones coniungerent & couer-
 sa signa in hostes inferrent. Quo facto cum alij
 alij subsidium ferrent neq; timerent ne auer-
 si ab hoste circuuenirentur audatius resistere ac
 fortius pugnare ceperunt. Interim milites legionu
 duarum que innouissimo agmine presidio im-

Primipilus

Mirifica .c. uictus
& fortitudo.

nauare

pedimentis fuerat prelio nunciato cursu incitato in summo colle ab hostibus conspiciantur. Et T. Labienus castris hostium potitus & ex loco superiore que res in nostris castris gererentur conspiciatus decimam legionem subsidio nostris misit qui cum ex equitum & calonum fuga quo in loco res esset quantoque in periculo & castra & legiones & imperator uersaretur cognouissent nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt. Horum aduentu tanta rerum commutatio est facta ut nostri & qui uulneribus confecti procubuissent scutis innixi prelium reintegrarent. Tum calones perterritos hostes conspicati etiam inermes armatis occurrerunt. Equites uero ut turpitudinem fuge uirtute delecent omnibus in locis pugnabant quo se legionarijs militibus preferrent. At hostes etiam in extrema spe salutis tantam uirtutem prestiterunt ut cum primi eorum cecidissent proximi iacentibus insisterent atque ex eorum corporibus pugnarent. His deiectis & coaceruatis cadaueribus qui superessent ut ex tumultu tela in nostros conijcerent & pila intercepta remitterent ut non ne quicquam tantę uirtutis homines iudicari deberent ausos se se transire latissimum flumen ascendere altissimas ripas subire iniquissimum locum que facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. Hoc prelio facto & prope ad internitionem gente ac nomine neruiorum redacto maiores natu quos una cum pueris mulieribusque in estuaria ac paludes collectos dixeramus hac pugna nunciata cum uictoribus nihil impeditum uictis nihil tutum arbitarentur omnium qui supererant consensu legatos

ad cesarem miserunt seque ei dediderunt. Et in comemo-
 randa ciuitatis calamitate ex sexcentis ad tres senatores
 ex hominum milibus sexaginta uix ad quingentos qui
 arma ferre possent sese redactos esse dixerunt. Quos
 cesar ut in miseros ac supplices usus misericordia uide-
 retur diligentissime conseruauit suisque finibus atque op-
 pidis uti iussit & finitimis imperauit ut ab iniuria ma-
 leficioque se suosque prohiberent. Aduatici de quibus supra
 scripsimus cum omnibus copijs auxilio neruijs ueniret.
 hac pugna nunciata exitinere domum reuerterunt
 cunctisque oppidis castellis destitutis sua omnia in unum
 oppidum egregie natura munitum contulerunt. quod
 cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas ripas
 despectusque haberet una ex parte leuiter accliuus adi-
 tus in altitudinem non amplius ducentorum pedum
 relinquebatur. quem locum duplici altissimo muro
 munierant. Tum magni ponderis saxa & preacutas
 trabes in muro collocabant. Ipsi erant ex cimbris teu-
 tonisque prognati qui cum iter per prouinciam nostram
 atque italiam facerent his impedimentis que secum
 agere ac portare non poterant citra flumen rhe-
 num depositis custodisque ex suis ac presidio sex milia ho-
 minum una reliquerant. Hi post eorum obitum
 multos annos a finitimis exagitati cum alias bellum
 inferrent alias illatum defenderent consensu eorum
 omnium pace facta hunc sibi domicilio locum delege-
 runt. Ac primo aduentu exercitus nostri crebras ex
 oppido excursions faciebant paruulisque prelijs cum
 nostris contendebant. Postea uallo pedum xij. in cir-
 cuitu xv. milium crebrisque castellis circummuniti op-

Ingenis & pene in
 credibilis occisio
 neruorum.

paruulis prelijs

pido sese continebant. Vbi uineis factis aggere extructo
 turrim procul constitui uiderūt primum irridere ex
 muro atq; increpitare uocibus quod tanta machinatio
 ab tanto spatio instrueretur. Quibus nam manibus
 aut quibus uiribus presertim homines tantule stature
 nam plerumq; hominibus gallis pre magnitudine cor-
 porum suorum breuitas nostra contentui est tanti o-
 neris turrim immuros sese collocare confiderēt. Vbi
 uero moueri & appropinquare moenibus uiderunt
 noua atq; inusitata specie commoti legatos ad cesarem
 de pace miserūt. Qui ad hunc modum locuti. Non se
 existimare romanos sine ope diuina bellum gerere
 qui tante altitudinis machinationes tanta celerita-
 te promouere & expropinquitate pugnare possēt se-
 suaq; omnia eorum potestati permittere dixerūt. Vnū
 petere ac deprecari si forte pro sua clementia ac man-
 suetudine quam ipsi ab alijs audissent statuisset adua-
 cuos esse conseruandos ne se armis dissiparet sibi om-
 nes ferē finitimos esse inimicos ac sue uirtuti inuide-
 re a quibus se defendere traditis armis non possēt
 sibi prestare si eum casum deducerentur quāuis for-
 tunā a populo ro. pati quam ab his qui per cruciatum
 interfici inter quos dominari consuessent. quibus ad hęc
 cesar respondit se magis consuetudine sua quā merito
 eorum ciuitatem conseruaturum si priusq; arces mu-
 rum attigisset se dedidissent. Sed deditiois nullam
 esse conditionem nisi armis traditis se id quod in ner-
 uios fecisset facturum finitimisq; imperaturum ne-
 quam deditionis populi ro. iniuriam inferrent. Re nū-
 ciata ad suos que imperarentur facere se dixerunt

112

Aduatucorū lega-
tio de pace

Deprecor

Benigna responsio
caesaris

armorum magna multitudi-
 ne de muro in fossam que-
 rat ante oppidum iacta sic ut prope sumam muri ag-
 gerisq; altitudinem acerui armorum ad equarent. &
 tamen circiter parte tertia ut postea perspectum est
 celata atque in oppido retenta portis patefactis eo die
 pace usi sunt. Sub vesperum cesar portas claudi mili-
 tesq; ex oppido ire iussit ne quam noctu oppidani a mi-
 litibus iniuriam reciperent. Illi autem inuito ut intellet-
 tum est consilio qd de ditione facta nostros presidia
 non inducturos aut deniq; indiligentius seruatu-
 ros crediderant partim cum his que retinuerant ac ce-
 lauerant armis partim scutis ex cortice factis aut
 uiminibus intextis que subito ut temporis exiguitas
 postulabat pellibus incluserant tertia uigilia qua
 minime arduus ad nostras munitiones ascensus ui-
 debatur omnibus copiis repente ex oppido eruptione
 fecerunt. Celeriter ut ante cesar imperauerat igni-
 bus significatione facta ex proximis castellis eo con-
 cursum est pugnatumq; ab hostibus ita acriter est
 ut a uiris fortibus in extrema spe salutis iniquo loco
 contra eos qui ex alto turribusq; tela iacerent pugna-
 ri debuit cum in una uirtute omnis spes salutis co-
 sisteret occisis ad hominum milibus quattuor reliqui
 in oppidum reiecti sunt. Post die eius diei refractis
 portis cum iam defenderet captum oppidum nemo
 atq; intro missis militibus nostris sectionem eius op-
 pidi uniuersam cesar uendidit. Ab his qui emerant capitum
 numerus ad eum relatus est milium. Luy. Eodem
 tempore a. p. crasso quem cum legione una miserat
 cesar ad uenetos: vnellos: osismos: curiosolitas: sesu-

Sectionem

uios: aulertos: rhedones: que sunt maritimę ciuitatis
 oceanumq; attingunt certior factus est omnes eas
 ciuitates in deditiōem potestatemq; pō. ro. esse re-
 ductas. His rebus gestis omniq; gallia pacata tāta
 huius belli ad barbaros opinio perlata est ut ab his
 nationibus que trans rhenum incolerent mitteren-
 tur legati ad cesarem que se obsides daturas impa-
 ta facturas pollicerentur. Quas legationes cesar qđ
 in italiam illyricumq; properabat in ita proxima es-
 tate ad se reuerti iussit. Ipse in carnutes: andes: tu-
 ronęsq; que ciuitates propinque his locis erant ubi
 bellum gesserat legionibus in hiberna deductis in ita-
 liam profectus est. Obeasq; res ex litteris cesaris dies
 xv. supplicatio decreta est. qđ am id tempus cōtigit nulli;

COMMENTARIORVM · C · IULII CAESARIS DE BELLE GALLIE
 LIBER TERTIVS INCIPIT · IULIVS CELSVS CONSTANTINVS
 VIR CLARVS EMENDAVIT

CVM IN ITALIAM PROFICISCRETUR CESAR SERVIVS
 galbam cum legione xij^a. & parte equitatus in
 antuates. ueragros: sedunosq; misit qui ab fi-
 nibus allobrogum & lacu lemanno & flumine rhoda-
 no ad summam alpes pertinet. Causa mittendi fuit qđ
 iter per alpes quo magno cum periculo magnisq; cum
 portorijs mercatores ire consueuerant patefieri uole-
 bat. Huc permisit si opus esse arbitraretur ut in his
 locis legionem hiemandi causa collocaret. Galba secu-
 dis aliquot prelijs factis castellisq; compluribus eorū
 expugnatis missis ad eum undiq; legatis obsidibusque
 datis & pace facta constituit cohortes duas in antua-
 tibus collocare. & ipse cum reliquis eius Legionis cohort-

portorijs

.D. .B. .G.

tibus in uico ueragrorum qui appellatur octodorus hiema-
 re. Qui uico positus in ualle non magna adiecta pla-
 nitie altissimis montibus undiq; continetur. Cum hic
 in duas partes flumine diuideretur alteram partem
 eius uici gallis ad hiemandum concessit altera ua-
 cuam ab illis relictam cohortibus attribuit. Eum
 locum uallo fossaq; muniuit. Cum dies hibernorū
 complures transissent frumentūq; eo comporta-
 ri iussisset subito per exploratores certior factus est
 ex ea parte uici quam gallis concesserat omnes noctu
 discessisse montesq; qui impenderent a maxima mt-
 titudine sedunorum & ueragrorum teneri. Id ali-
 quibus de causis acciderat ut subito galli belli reno-
 uandi legionisq; oprimende consilium caperet. Pri-
 mum quod legionem neq; tam plenissimam delecta-
 tis cohortibus duabus & compluribus sigillatim qui
 commeatus petendi causa missi erant absentibus
 propter paucitatem despiciebant tum etiam quod
 propter iniquitatem loci cum ipsi ex montibus i ual-
 lem decurrerent & tela conijcerent ne primum qui-
 dem posse impetum suum sustinere existimabant.
 Accedebat quod suos abs liberos abstractos obsidum no-
 mine dolebant & romanos non solum itineris cau-
 sa sed etiam perpetue possessionis culmina apium oc-
 cupare conari & ea loca finitime prouincię adiunge-
 re sibi persuasum habebant. His nuncijs acceptis galba
 cum neq; opus hibernorum munitionesq; plene esset
 perfecte neq; de frumento reliquaq; commeatu satis eē
 prouisum q̄ deditioe facta obsidibusq; acceptis nihil
 de bello timendum existimauerat consilio celeriter

Nuncijs.

*Galba in re tam du-
bia suorum sententias
exquireit.*

aduocato sententias exquirere cepit. Quo in consilio cum ta-
tum repentini periculi præter opinionem accidisset ac
iam omnia fere superiora loca multitudine armatorum
completa conspicerentur neque subsidio ueniri neque comea-
tus supportari interclusis itineribus possent prope iam des-
perata salute nonnullæ huiusmodi sententiæ dicebantur
ut impedimentis relictis eruptione facta iisdem itineribus
quibus eo uenissent ad salutem contenderent. Maiori ta-
men parti placuit hoc reseruato ad extremum consilio i-
terim rei euenturum experiri & castra defendere. Breui
spatio interiecto uix ut omnibus rebus quas constituisset
collocandis atque administrandis tempus daretur hostes
ex omnibus partibus signo dato decurrere lapides telaque
in uallum conijcere. Nostri primo integris uiribus fortiter
repugnare neque ullum frustra telum ex loco superiore mit-
tere ut quæque pars castrorum nudata defensoribus pre-
mi uidebatur eo occurrere & auxilium ferre. Sed hoc
superari quod diuturnitate pugne hostes defessi prælio
excedebant alij integris uiribus succedebant quarum
rerum a nostris propter paucitatem fieri nihil poterat.
Ac non modo defesso expugna excedendi sed ne cautio qui-
dem eius loci ubi constiterat relinquendi ac sui recipien-
di facultas dabatur. Cum iam amplius horis sex continen-
ter pugnaretur ac non solum uires sed etiam nostris te-
la deficerent atque hostes acrius instarent languidiori-
busque nostris uallum scindere & fossas complere cepisset
resque etiam iam ad extremum deducta casum P. sextius
bibaculus primipili centurio quem neruico prælio com-
pluribus confectum uulneribus diximus & item C. uo-
lusenus tribunus militum uir & consilij magni & uir-

at his

Castra 6. oppugnatur.

est

*P. Sextij & C. uoluseni
prudencia & animi
magnitudo ingens.*

tutis ad galbam accurrunt atque unam esse spem salutis docent
 si eruptione facta extremum auxilium experirentur. Itaque
 conuocatis centurionibus celeriter milites certiores facit
 paulisper intermitterent prelium ac tantummodo tela missa
 exciperent sequi ex labore reficerent. post signo dato ex cas-
 tris erumpent atque omnem spem salutis in uirtute po-
 nerent. Quod iussi sunt faciunt ac subito omnibus
 portis eruptione facta neque cognoscendi quid fieret neque
 sui colligendi hostibus facultatem relinquunt. Itaque com-
 mutata fortuna eos qui in spem potiundorum castro-
 rum uenerant undique circumuentos interficiunt & ex
 milibus hominum amplius triginta quem numerum
 barbarorum ad castra uenisse constabat plus tertia
 parte interfecta reliquos perterritos in fugam conijciunt
 ac ne in locis quidem superioribus consistere patiun-
 tur. Sic omnibus hostium copijs fuis armisque exutis
 se in castra munitionesque suas recipiunt. Quo prelio
 facto quod sepius fortunam temptare galba nolebat
 atque alio sese in hiberna consilio uenisse meminerat
 alijs occurrisse rebus uiderat maxime frumenti com-
 meatisque inopia permotus. Postero die omnibus eius
 uicis edificiisque incensis in prouinciam reuerti conten-
 dit. Ac nullo hoste prohibente aut iter demorante
 incolumem legionem in antuates inde in allobroges
 perduxit ibique hiemauit. His rebus gestis cum omni-
 bus de causis cesar pacatam galliam existimaret supra-
 tis belgis expulsis germanis uictis in alpibus sedibus
 atque ita in ita hieme in illyricum profectus esset quod
 eas quoque nationes adire & regiones recognoscere uo-
 lebat subitum bellum in gallia cohortum est. Cuius

N^o3

Numerus interfecto

Iterum exoritur bellum
in gallia

belli hęc fuit causa. P. crassus adolescens cum legione septima proximus mari oceano in aridibus hiemabat. Is qđ in locis inopia frumenti erat prefectos tribunosq; militū complures infinitimas ciuitates frumenti causa dimisit quo in numero est. T. terrasidius missus in eufubios. M. trebius gallus in curiosolitas. Q. uelanius cum T. siliio in uenetos. Huius est ciuitatis longe amplissima auctoritas omnis orę maritimę regionum earum quod & naues habent ueneti plurimas quibus in britaniā nauigare consueuerūt & scientia atq; usu nauticarū rerum reliquos antecedunt & in magno impetu maris atq; aperto paucis portibus interiectis quos tenēt ipsi omnes ferē qui eo mari uti consueuerunt habent uedtigales. Ab his fuit initium retinendi siliij atq; uellaniij quod per eos suos sese obsides quos crasso dedissent recuperaturos existimabant. Horum auctoritate finitimi adducti ut sunt galloꝝ subita & repentina cōsilia eadem de causa trebium terrasidiumq; retinēt & celeriter missis legatis per suos principes inter se coniuuant nihil nisi communi consilio acturos eundēq; fortunę exitum esse laturos reliquasq; ciuitates sollicitant ut in ea libertate quam a maioribus acceperant permanere q̄ romanorum seruitutem perferre malent. Omni ora maritima celeriter ad suam sententiā perducta communem legationem ad P. crassū mittunt. Si uelit suos recipere obsides sibi remittat. Quib; de rebus cesar ab crasso certior factus quod ipse aberat longius naues interim longas edificari in flumine ligeri qđ influit in oceanum remiges exprouicia institui nauas gubernatoꝝ esq; comparari iubet.

Veneti in parte gallicę populi potentissimi.

Subita & repentina galloꝝ consilia.

His rebus celeriter administratis ipse cum primum per
 anni tempus potuit ad exercitum contendit. Veneti re-
 liquæq; ciuitates cognito cesaris aduentu certiores factissi-
 mul quod quantum in se facinus admisissent intellige-
 bant legatos quod nomen ad omnes nationes sanctū
 inuiolatumq; semper fuisset retentos a se & inuincula
 coniectos absē pro magnitudine periculi bellum parare
 & maxime ea que ad usum nauium pertinent prou-
 dere instituit. Hoc maiore spe quod multum natura
 loci confidebant pedestria esse itinera conscisa estuariis
 nauigationem impeditam propter inscientiam locorū
 paucitatemq; portuum sciebant neq; nostros exercitus
 propter frumenti inopiam diutius apud se morari pos-
 se confidebant. Ac iam ut omnia contra opinionem
 acciderant tamen se plurimum nauibus posse q̄ roma-
 nos neq; ullam facultatem habere nauium neq; eorum
 locorum ubi bellum gesturi essent uada portus insu-
 lasq; nouisse ac longe aliam esse nauigationem in con-
 cluso mari atq; in uastissimo atq; apertissimo oceano
 prospiciebant. His initis consilijs oppida muniunt feu-
 menta ex agris in oppida comportant naues in uene-
 tiam ubi cesarem primum bellum esse gesturum con-
 stabat quā plurimas possunt cogunt socios sibi ad id
 bellum osismos. lexobios. nammentes. ambiliatos. mori-
 nos. diablintres. menapios adsciscunt auxilia ex bri-
 tania que contra eas regiones posita est accersunt.
 Erant hę difficultates belli gerendi quas supra ostendi-
 mus sed multa tamen cesarem ad id bellum incitabāt
 iniurię retentorum equitum romanorum rebellio fac-
 ta post deditionē defectio datis obsidibus tot ciuitatū

Estuarijs.

Venetia in gallia

Coniuratio quarūdā
 gallię ciuitatum.

coniuuratio. Imprimis ne hac parte neglecta reliquæ natio-
 nes idem sibi licere arbitrarentur. Itaq; cum intelligere
 omnes fere gallos nouis rebus studere & ad bellum mo-
 biliter celeriterq; excitari. Omnes autem homines natu-
 ra libertati studere & conditionem seruitutis odisse p̄usq;
 plures ciuitates conspirarent partiendum sibi ac latius
 distribuendum exercitum putauit. Itaq; T. Labienum
 legatum in treueros qui proximi rheno flumini sūt cū
 equitatu mittit. Huic mandat remos reliquosq; belgas
 arceat atq; in officio contineat germanosq; quia in au-
 xilio a belgis accersiti dicebantur si per uim nauibus flu-
 men transire conentus prohibeat. P. Crassum cū cohors
 legionarijs xij. & magno numero equitatus in
 aquitaniam proficisci iubet ne ex his nationibus au-
 xilia in galliam mittantur ac tante nationes coniu-
 gantur. Q. titurium sabinum legatum cum legio-
 nibus tribus in unellos: curiosolites: Lexobiosq; mittit
 qui copiam nauium distimendam curet. Decimum
 brutum adolescentem classi nauibus quas expeditio-
 nibus santonisq; & reliquis pacatis regionibus conue-
 nire iusserat profecit. Et cum primum posset t̄ ue-
 netos proficisci iubet. Ipse eō pedestribus copijs cōtē-
 dit. Erant eiusmodi fere situs oppidorum ut posita
 in extremis linguis promontorijsq; neq; pedibus adi-
 tum haberent cum ex alto se estus maris incitasset
 quod his accidit semper horarum omni xij. spacio neq;
 nauibus quod rursus minuente estu naues in
 uadis afflictarentur. Ita utraq; re oppidorū oppu-
 gnatio impediabatur ac si quando magnitudine
 operis forte superati extruso mari aggere ac mo-

Na

ats eam manū
 gallicisq;

pedibus.

ats bis

libus atq; his oppidi moenibus adequatis suis fortunis
 desperare ceperant. magno numero nauium appulso
 cuius rei summam facultatem habebant sua deporta-
 bant omnia seq; in proxima oppida recipiebant. Ibi
 se rursus iisdem opportunitatibus loci defendebat hoc
 eo facilius magna parte estatis faciebant quod nre
 naues tempestatibus detinebantur summaq; erat
 uasto atq; aperto mari magnis estibus raris ac pro-
 pe nullis portibus difficultas nauigandi naq; ipsor;
 naues ad hunc modum facte armateq; erant. Carine
 aliquanto planiores q; nostrarum nauium quo facili-
 us uada ac decessum extus excipere possent prore
 admodum erecte atq; ita puppes ad magnitudinē
 fluctuum tempestatumq; accommodate. Naues tote
 facte ex robore ad quamuis uim & contumeliā per-
 ferendam transtra pedibus in altitudinem trabi-
 bus confixa clauis ferreis digiti pollicis crassitudine.
 Anchore pro funibus cathenis ferreis reuincte pelles
 pro uelis aluteq; tenuiter confecte. Hec faciebāt siue
 propter lini inopiam atq; eius usus inscientiam siue
 eo qd est magis uerisimile qd tantas tempestates occa-
 ni tantosq; impetus uenatorum sublinere ac tanta
 onera nauium regi uelis non satis commode posse
 arbitrabantur. Cum his nauibus nostre classi eius-
 modi congressus erat ut una celeritate & pulsu re-
 morum prestaret. Reliqua pro loci natura pro ui
 tempestatum illis essent aptiora & accommodatio-
 ra. Neq; enim his nostre rostro nocere poterant ta-
 ta in his erat firmitudo neq; propter altitudinem
 facile telum adiciebatur & eadem de causa minus

Na

commode scopulis continebantur. Accedebat ut cum se-
uire uentus cepisset se uento dedissent & tempestate
ferrent facilius & in uadis consisterent tutius & ab estu
derelictis nihil saxa & cautes timerent. Quarum rerum
omnium nostris nauibus casus erat extimescendus.
Compluribus expugnatis oppidis cesar ubi intellexit
frustra tantum laborem sumi neque hostium fugam cap-
tis oppidis reprimi neque his noceri posse statuit expectan-
dam classem. Quae ubi conuenit ac primum ab hos-
tibus uisa est circiter ducentis .xx. naues eorum para-
tissime atque omni genere armorum ornatissime
profectae exportu nostris aduersae constiterunt neque
satis bruto qui classi praerat uel tribunis militum
centurionibusque quibus singulae naues erant attri-
bute constabat quid agerent aut qua ratione
pugnae insisterent. Rostro enim noceri non posse
cognouerant turribus autem excitatis tantum has
altitudo puppium ex barbaris nauibus superabat ut
neque ex inferiore loco satis commode tela addici pos-
sent & missa ab gallis grauius accederent. Vna erat
magno usui res preparata a nostris falces praecute
insertae affixaeque longuris non absimili forma mura-
lium falcium. His cum funes qui Antennas ad ma-
los detinebant comprehensi adductique erant na-
uigio remis incitato praerumpabantur. Quibus
abscisae Antennae necessario concidebant ut cum omni
gallia nauibus spes in uelis armamentisque consisteret
his exceptis omnis usus nauium omni tempore eriperet-
tur. Reliquum erat certamen positum in uirtute qua
nostri milites facile superabant atque eo magis quod

in conspectu cesaris atq; omnis exercitus res gerebatur
 ut nullum paulo fortius factum latere posset. Omnes
 enim colles ac loca superiora unde erat propinquus des-
 pectus in mare ab exercitu tenebantur. Disiectis ut
 diximus antennis cum singulas bine ac terne na-
 ues circūsteterant milites summa ui transcendere in
 hostium naues contendebant. Quod post q; barbari fie-
 ri animaduertere expugnatis cōpluribus nauibus cū
 ei rei nullum reperiretur auxilium fuga saltem pe-
 tere contendebant ac iam conuersis in eam partem
 nauibus quo uentus ferebat tanta subito mallachia
 & tranquillitas extitit ut se ex loco mouere non pos-
 sent. Que quidem res ad negocium conficiendū ma-
 xime fuit opportuna. Nam singulas nostri consecrati
 ita expugnauerunt ut perpauce ex omni numero
 noctis interuentu ad terram peruenerint cum ab
 hora fere quarta usq; ad solis occasum pugnaretur.
 Quo prelio bellum ueneticorum totiusq; maritime con-
 fectum est. Nam cum omnis iuuentus omnes etiā gra-
 uioris etatis in quibus aliquid consilij aut dignitatis
 fuit eo conuenerant tum nauium quod ubiq; fuerat
 in unum locum coegerant. Quibus amissis reliqui neq;
 quo se reciperent neq; que admodum oppida defenderet
 habebant. Itaq; se suaq; omnia cesari dediderunt. Inq;
 eo grauius cesar uindicandum statuit qd diligentius
 in reliquum tempus a barbaris ius legatorum conserua-
 retur. Itaq; omni senatu necato reliquos sub corona uen-
 didit. Dum hec inuenetis geruntur. Q. titurius sabi-
 nus cum his copijs quas a cesare acceperat in fines uel-
 lorum peruenit. His preerat uiridonix ac summa imperij

Malachia.

*Finitus bellum Vene-
 torum.*

tenebat earum omnium ciuitatum que defecerant ex-
 bus exercitum magnasq; copias coegerat. Atq; his paucis
 diebus aulerci: aburonicos: loxonig; senatu interfecto
 quod auctores belli esse nolebant portas clausurunt seq;
 cum uiridone conuinxerunt. Magnaq; preterea
 multitudo undiq; ex gallia perditorum hominum la-
 tronumq; conuenerat quos spes prelandi studiūq;
 bellandi ab agricultura & quotidiano labore reuoca-
 bat. Sabinus ideo omnibus rebus loco castris sese te-
 nebat cum uiridone contra eum duum milium spa-
 tio consedisset quotidiēq; productis copijs pugnandi po-
 testatem faceret ut iam non solum hostibus in contēp-
 tionem sabinus ueniret sed etiam nostrorum militum
 uocibus non nihil carperetur. tantamq; opinionem ti-
 moris prebuit ut ad iam ad uallum castrorum hostes
 accedere auderent. Ideo de causa faciebat quod cum
 tanta multitudine hostium presertim eo absente q; sum-
 mam imperij teneret nisi equo loco aut opportunitate
 aliqua data legatos dimicandum non existimabat. Ac
 confirmata opinione timoris idoneum quendam ho-
 minem & callidum delegit gallum ex his quos secū au-
 xilij causa habeat. huic magnis premijs pollicitationibusq;
 persuadet uti ad hostes transeat & quid fieri uelit edo-
 cet. Qui ubi pro fuga ad eos uenit timorem romano-
 rum proponit quibus angustijs ipse cesar a uenetis pre-
 matum docet neq; longius abesse cum proxima nocte sa-
 binus clam e castris exercitum educat & ad cesarem
 ferendi auxilij causa proficiscatur. Quod ubi auditū
 est conclamant omnes occasionem negocij benege-
 rendi amittendam non esse ad castra ire oportere.

multitudo

ambrosius

Multe res ad hoc consilium gallos hortabatur. Superiorum dierum sabini cunctatio per fuge confirmatio inopia cibarium cui rei parum diligenter ab his erat prouisum. Spes ueneticus belli & quod fere libenter id quod uolunt homines credunt. His rebus adducti non prius iuridonicem reliquosque duces ex concilio dimittunt quam ab his concessum arma ut capiant & ad castra contendant. Qua re concessa leti uelut explorata uictoria sarmentis uirgulisque collectis quibus fossas romanorum compleant ad castra pergunt. Locus erat castrorum editus & paulatim ab uno accliuus circiter passus mille. Huc magno cursu contenderunt ut quam minimum spatij ad se colligendos armandosque romanis daretur exanimati peruenirent. Sabinus suos hortatus cupientibus signum dat impeditis hostibus propterea que que ferebant onera subito duabus portis eruptionem fieri iubet. Factum est opportunitate loci hostium inscientia ac defatigatione uirtute militum & superiorum pugnarum exercitatione ut ne unum quidem nostrorum impetum ferret ac statim terga uerterent. Quos impeditos integris uiribus milites nostri consecuti magnum numerum eorum occiderunt. Reliquos equites consecuti paucos qui ex fuga euaserant reliquerunt. Sic uno tempore & de nauali pugna sabinus & de sabini uictoria cesar certior factus est ciuitatesque omnes se statim titurio dediderunt. Nam ut ad bella suscipienda gallo- rum alacer & promptus est animus sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est. Eodem fere tempore p. crassus cum in aqtaniam peruenisset que pars ut ante dictum est &

T
J

Eruptio Romanorum in gallos.

Magna strages galloz

Nō ex iis cesaris xbis audaces esse gallos nō fortes

regionum latitudine & multitudine hominum extertia parte galliæ est extimanda cum intelligeret sibi in his locis bellum gerendum. ubi paucis ante annis. L. ualerius preconius legatus exercitu pulso interfectus esset atq; unde. L. mallius proconsul impedimentis amissis profugisset non mediocrem sibi diligentiam adhibendam intelligebat. Itaq; re frumentaria prouisa auxilijs equitatu comparato multis præterea uiris fortibus a tolosa & narbona que sunt ciuitates galliæ prouinciæ finitimæ ex his regionibus nominatim euocatis in sonciatum fines exercitum introducit cuius aduentu cognito sonciates magnis copijs coactis equitatuq; quo plurimum ualebant in itinere agmen nostrum ad orti primum equestre prælium comiserunt. Deinde equitatu suo pulso atq; insequentibus nostris subito pedestres copias quas in conualle in insidijs collocauerat ostenderunt. Hi nostros disiectos ad orti prælium renouarunt. Pugnatum est diu atq; acriter cum sonciates superioribus uictorijs freti in sua uirtute totius aquitanie salutem positam putarent. Nostri autem quid sine imperatore & sine reliquis legionibus adolescentulo duce efficere possent perspicere cuperent. Tamen confecti uulneribus hostes terga uertere. Quorum magno numero interfecto crassus exitinere oppidum sonciatum oppugnare cepit quibus fortiter resistentibus uineas turresq; egit. Illi alias eruptione tentata alias cuniculis ad aggerem uineasq; actis cuius rei sunt longe peritissimi aquitani propterea quod multis locis apud eos erarij secturæq; sunt ubi diligentia nostrorum nihil his rebus profi-

Tolosæ & Narbona.

Fugantur Aquitani.

Peritiam Aquitanorum in erarijs & secturis.

cisci posse intellexerunt. Legatos ad crassum mittunt
 seq̄ ut in deditioem recipiat petunt. Qua re impetra-
 ta arma tradere iussi faciunt atq; in ea re omnium
 nostrorum intentis animis alia ex parte oppidi adia-
 tumus qui summam imperij tenebat cum sexcentis
 deuotis quos illi solidurios appellant quorum hec est
 conditio ut omnibus in uita commodis una cum his
 fruantur quorum se amicitie dediderint si quid his
 peruium accidat aut eundem casum una ferant aut
 sibi mortem consciscant. Neq; adhuc hominum memo-
 ria repertus est quisq; qui eo interfecto cuius se amici-
 tie deuouisset mori recusaret. Cum his adiatumus
 eruptionem facere conatus clamore ab ea parte mu-
 nitionis sublato cum ad arma milites concurrissent
 uehementer ibi pugnatum esset repulsus in oppidum
 est. Vti tamen eadem deditioem conditione uteretur
 ab crasso impetrauit. Armis obsidibusq; acceptis crassus
 in fines uocaturū & carusatum profectus est. Tum uero
 barbari commoti quod oppidum & natura loci & māu
 munitum paucis diebus quibus eo uentum fuerat
 expugnatum cognouerant. Legatos quoque uersum
 dimittere coniurare obsides inter se dare copias para-
 re ceperunt. Mittuntur & ad eas ciuitates legati
 que sunt citerioris hispanie finitime aquitanie. Inde
 auxilia ducesq; arcessuntur. Quorum aduentu ma-
 gna cum auctoritate & magna cum hominum mit-
 titudine bellum gerere conantur. Duces uero inde
 deliguntur qui omnes una cum Q. sextorio omēs
 annos fuerant summamq; rei militaris habere
 existimabantur. Hi consuetudine populi romani

T
N

Ref memorata digna.

loca capere castra munire com meatibusq; nostros inter-
 cludere instituunt. Quod ubi crassus animaduertit co-
 pias suas propter exiguitatem non facile deduci hostem
 & uagari & uias obsidere & castris satis presidij relinque-
 re ob eam causam minus comode frumentum com ea-
 tumq; sibi subportari. In diesq; hostium numerum au-
 geri non cunctandum existimauit quin pugna decer-
 taret. Hac re ad consilium delata ubi omnes idem
 sentire intellexit posterum diem pugnae constituit.
 Prima luce productis omnibus copijs duplici acie in-
 structa auxilijsq; in mediam aciem collocatis quid
 hostes consilij caperent expectabat. Illi & si pp mul-
 tudinem & ueterem belli gloriam paucitatemq;
 nostrorum se tuto dimicaturus existimabant tam
 tutius esse arbitrabantur obsessis uijs com meatuq;
 intercluso sine ullo uulnere uictoria potiri. Et si pp
 inopiam rei frumentarijs romani sese recipere ce-
 pissent impeditos in agmine & subsarcinis infirmio-
 rumq; animo adoriri cogitabant. Hoc consilio proba-
 to a ducibus productis romanorum copijs sese castris
 tenebant. Hac re perspecta crassus cum sua cuncta-
 tione ac opinione timidiores hostes nostrosq; milites
 alacriores ad pugnandum effecisset atq; omnium
 uoces audirentur expectare diutius non oportere
 qui ad castra iretur cohortatus suos omnibus cupie-
 tibus ad hostium castra contendit. Ibi cum alij fos-
 sas completerent alij multis telis coniectis defesiores
 uallo munitionibusq; depellerent auxiliareq; qui-
 bus ad pugnam non multum crassus confidebat.
 Lapidibus telisq; subministrandis & ad aggerem cespi-

Romani ad castra
 Aquitanorum oppu-
 gnanda contendunt.

tibus comportandis speciem atq; opinionem pugnantiū
 preberent. Cum item ab hostibus constanter & non timi-
 de pugnaretur telaq; ex loco superiore missa non frustra
 acciderent equites circumitis hostium castris crasso re-
 nunciauerunt non eadem esse diligentia ab decuma-
 na porta castra munita facilemq; aditum habere.
 Crassus equitum prefectos cohortatus ut magnis premijs
 pollicitationibusq; suos excitarent quid fieri uelit osten-
 dit. Illi ut erat imperatum e ductis his cohortibus que
 presidio castris relictis interitis ab labore erant &
 longiore itinere circūductis ne ex hostium castris
 conspici possent omniumq; oculis mentibusq; ad
 pugnam intentis celeriter ad eas quas diximus
 munitiones peruenerunt atq; his proruptis pri-
 us in hostium castris constituerunt: q̄ plane ab
 his uideri aut quid rei gereretur cognosci posse.
 Tum uero clamore ab ea parte audito nostri reintegratis ui-
 ribus quod plerumq; inspe uictoris accidere consuevit
 acrius impugnare ceperunt hostes undiq; circūuen-
 ti desperatis omnibus rebus sese per munitiones deijce-
 re & fuga salutem petere contenderunt. Quos equi-
 tatus apertissimis campis confectatus ex milium L.
 numero quem ex aquitania cantabrisq; conuenisse
 constabat uix quarta parte relicta multa nocte se
 in castra recepit. Hac audita pugna maxima pars
 aquitanis sese crasso dedit obsidesq; ultro misit.
 Quo in numero fuerunt tarbelli bigerriones prociani:
 uocates: trausates: flustates: garites: ausci: garrummi:
 sibutzates: concosatesq; pauce ultime nationes anni
 tempore confise quod hiemis suberat hoc facere ne-

His occisorum.

Cesar exercitū in mure-
nos & menapios ducit.

glexerunt. Eodem fere tempore cesar & si prope exacta
iam estas erat tamen quod omni gallia pacata morini
menapiq; supererant qui in armis essent neq; ad eum
unq; legatos de pace misissent arbitratus id bellum cele-
riter confici posse eo exercitum adduxit qui longe alia
ratione ac reliqui galli bellum gerere ceperunt. Nam
quod intelligebant maximas nationes que prelio con-
tendissent pulsas superatasq; esse continenteq; siluas
ac paludes habebant eo se suaq; omnia contulerunt ad
quarum initium siluarum cum cesar peruenisset castraq;
munire instituisset neq; hostis interim visus esset disper-
sis in opere nostris subito ex omnibus partibus silue euo-
lauerunt & in nostros impetum fecerunt. Nostri celeri-
ter arma ceperunt eosq; in siluas repulerunt & complu-
ribus interfectis longius in peditionibus locis secuti pau-
cos ex suis deperdiderunt. Reliquis deinceps diebus ce-
sar siluas cedere instituit & ne quis inermibus impru-
dentibusq; militibus ab latere impetus fieri posset omne
eam materiam que erat cesa conuersam ad hostem collo-
cabat & prouallo ad utrumq; latus extruebat. Incredibi-
li celeritate magno spatio paucis diebus confecto cu
iam pecus atq; extrema impedimenta ab nostris tene-
rentur ipsiq; densiores siluas peterent eiusmodi sunt
tempestates consecute uti opus necessario intermitte-
retur & continuatione imbrium diutius sub pellibus
milites contineri non possent. Itaque uastatis om-
nibus eorum agris uicis edificijsque incensis ce-
sar exercitum eduxit et in aulertijs Lexobijsque re-
liquisque item ciuitatibus que maxime bellum fe-
cerant in hibernis collocauit

COMMENTARIORVM · C · IVLII CAESARIS DE BELLO
GALLICO LIBER QVARTVS INCIPIT · IVLIVS GELSI
CONSTANTINVS VIR CLARVS EMENDAVIT ·

A QVE SECVTA EST HIEME QVI FVIT ANNVS

· CN · pompeio · M · crasso consulibus usipethes ger-

mani & item tenocheri magna cum multitudi-

ne hominum flumen rhenum transierunt non longe

a mari quod rhenus influit causa transeundi fuit quod a sue-

uis complures annos exagitati bello premebantur et a-

gricultura prohibebantur · Sueuorum gens est longe ma-

xima & bellicosissima germanorum omnium · Hi centus

pagos habere dicuntur ex quibus quot annis quot

milia armatorum bellandi causa ex finibus educunt ·

Reliqui qui domi manserint se atq; illos alunt · Hi rur-

sus inuicem anno post in armis sunt illi domi rema-

nent · Sic neq; agricultura nec ratio atq; usus belli inter-

mittitur sed priuati ac seperti agri apud eos nihil ē · Nec

longius anno/ullo in loco incolendi causa licet neque

multum frumento sed maximam partem lacte atq;

pecore uiuunt multumq; sunt in uenationibus · Quo-

res & cibi genere & quotidiana exercitatione & liberta-

te uitę quod a pueris nullo officio aut disciplina assue-

facti nihil omnino contra uoluntatem faciant & uires

alut & immani corporum magnitudine homines effi-

cit atq; in eam se consuetudinem adduxerunt ut locis

frigidissimis neq; uestitus preter pelles haberent quicq;

quarum propter exiguitatem magna pars est corporis

aperta & lauantur in fluminibus · Mercatoribus

est ad eos aditus magis eo ut que bello ceperint qui-

bus uendant habeant quam quo ullam rem ad se

De vita & moribus Sue-
uorū.

at singula

/ remanere

importari desyderent. Quim etiam iumentis quibus
 maxime galli delectantur queq; impenso parant pre-
 cio germani importatis his non utuntur. sed que sūt
 apud eos nata praua atq; deformia hec quotidiana
 exercitatione sumi ut sint laboris efficiunt. Eques-
 tribus prelijs sepe ex equis desiliunt ac pedibus pre-
 liantur. equosq; eodem remanere uestigio assuefece-
 runt ad quos se celeriter cum usus est recipiunt. Neq;
 eorum moribus turpius quicq; aut inertius habetur
 q̄ ephippijs uti. Itaq; ad quemuis numerum ephippia-
 torum equitum quāuis pauci adire audent. Vinū
 ad se importari omnino non sinunt quod ea re ad
 laborem ferendum remollescere homines atq; effe-
 minari arbitrantur. Publice maximam esse pu-
 tant laudem q̄ latissime a finibus suis uacat̄ agros.
 Hac re significari magnum numerum ciuitatū suā
 uim sustinere non posse. Itaq; una ex parte a sue-
 uis circiter milia passuum sexcenta agri uacare
 dicuntur. Ad alteram partem succedunt ubij quo-
 rum fuit ciuitas ampla atq; florens ut est captus
 germanorum qui paulo sunt eiusdem gentis etiā
 ceteris humaniores propterea quod rhenum atti-
 gunt multumq; ad eos mercatores uentitant
 & ipsi propter propinquitatem quod gallicis sūt
 moribus assuefacti. Hos cum sueui multis sepe bel-
 lis experti propter amplitudinem grauitatemq;
 ciuitatis finibus expellere non potuissent tamen
 uestigales sibi fecerunt ac multo humiliore
 infirmioresq; redegerunt. In eadem causa fuerūt
 usipetes & tenocheri quos supra diximus qui cō-

ephippijs

plures annos sueuorum uim sustinuerunt ad extremū
 tamen agris expulsi & multis germanis locis trienni-
 um uagati ad rhenum peruenierunt quas regiones me-
 napij incolebant & ad utramq; partem fluminis a-
 gros & edificia uicosq; habebant. Sed tantę multitudis
 aduentu perterriti ex his edificijs que trans flumē ha-
 bebant demigrauerunt & cis rhenum dispositis presi-
 dijs germanos transire prohibebant. Illi omnia exper-
 ti cum neq; ui contendere propter inopiam nauium
 neq; clam transire propter custodias menapiorum
 possent reuerti se in suas sedes regionesq; simulau-
 erunt. & tridui uiam progressi rursus reuertentur
 atq; omni hoc itinere una nocte equitatu confecto
 inscios inopinantesq; menapios oppresserunt qui de
 germanorum discessu per exploratores certiores fac-
 ti sine metu trans rhenum in suos uicos remigraue-
 rant. His interfectis nauibusq; eorum occupatis
 priusq; ea pars menapiorum que citra rhenum e-
 rat certior fieret flumen transiuerunt atq; omni-
 bus eorum edificijs occupatis reliquam partem hie-
 mis se eorum copijs aluerunt. His de rebus cesar
 certior factus & infirmitatem galloꝝ ueritus qđ
 sunt in consilijs capiendis mobiles & nouis rebus
 plerumq; student nihil his comittendum existi-
 mauit. Est autem hoc gallicę consuetudinis uti
 uatores etiam inuitos consistere cogant & qđ qđq;
 eorum de quaq; re audierit aut cognouerit querat
 & mercatores in oppidis uulgus circūstat quibus-
 cūq; ex regionibus ueniant quosq; ibi res cognoue-
 rint pronunciare cogant. His rebus atq; auditiōib;

*Infirmi sunt gallicę
 mobiles.*

auditiō-

ats e

permoti de summis sepe rebus consilia ineunt quorum
 eos inuestigio poenitere necesse est cum incertis rumo-
 ribus seruiant & pleriq; ad uoluntatem eorum ficta
 respondeant. Qua consuetudine cognita cesar ne gra-
 uiori bello occurreret maturius q̄ consueuerat ad exer-
 citum proficiscitur. Eo cum uenisset ea que fore suspi-
 catus erat facta cognouit missas legiones a nonnullis
 ciuitatibus ad germanos inuitatosq; eos uti ab rheno
 discederent omnia queque postulassent ab se fore
 parata. Qua spe adducti germani latius uagaban-
 tur & in fines eburonum & condruonum qui sunt
 treuerorum clientes peruenerant. Principibus gal-
 lię uocatis cesar ea que cognouerat dissimulanda
 sibi existimauit eorumq; animis permulsis & con-
 firmatis equitatuq; imperato bellum cum germanis
 gerere constituit. Re frumentaria comparata equi-
 tibusq; delectis iter in ea loca facere cepit quibus
 in locis esse germanos audiebat a quibus cum pauco-
 rum dierum iter abesse & legati ad eum uenerunt quo-
 rum hec fuit oratio. Germanos neq; priores populo
 ro bellum inferre neq; tamen recusare si lacessantur
 quin armis contendant quod germanorum cosuetu-
 do hec sit a maioribus tradita qui eis bellum inferat
 resistere neq; deprecari. Hec tamen dicere uenisse
 inuitos eiectosq; domo si suam gratiam romani ue-
 lint posse his utiles esse amicos uel si agros attribuāt
 uel patiantur eos tenere quos armis possiderint sese
 unis sueuis concedere quibus ne dii quidem imor-
 tales esse pares possint. Reliquum quidem esse in ter-
 ris neminem quem non superare possint. Ad hec que

Oratio germanorū ad
 cesarem.

Deprecos.

Responsio. C.

/ats equum

uisum est cesar respondit. Sed exitus fuit orationis sibi nullam cum his amicitiam esse posse si in gallia remanerent neq; uerum esse cum suos fines tueri nō potuerint alienos occupare neq; ullos in gallia uacare agros quin dari tantę presertim multitudini sine iniuria possint. Sed licere si uelint in umbrorū finibus consedere quorum sint legati apud se & suuorum iniurijs querantur & auxilium a se petāt hoc sueris imperaturum legati hęc ad suos se relaturos dixerunt & re deliberata post diem tertium ad cesarem reuersuros. Interea ne propius se castra mouerēt petierunt. Ne id quidem cesar ab se impetrari posse dixit. Cognouerat enim magnam partem equitatus ab his aliquot diebus ante predandi frumentandiq; causa ad ambiaritos trans mosam missam. hos expectari equites atq; eius rei causa moram interponi arbitrabantur. Mosa profluit ex monte uesego qui ē in finibus lingonum & parte quadam ex rheno recepta que appellatur uulgo uualis insulamq; efficit batavorum que uulgo dicitur batua in oceanumque influit neq; longius ab oceano milibus passuum Lxxx. in rhenum influit. Rhenus autem oritur ex leponijs qui alpes incolunt & longo spacio per fines uantuantium. heluetiorum. sequanorum. mediomatricum. tribucorum. treuerorumq; citatus fertur. Et ubi oceano appropinquat in plures defluit partes multis ingentibusq; insulis effectis quarū pars magna a feris barbarisq; nationibus incolitur. Ex quibus sunt qui piscibus atq; auium ouis uiuere existimantur multisq; capitibus in oceanum influit.

T
N
r

Cæsar cum ab hoste non amplius passuum xij. milia abesset ut erat constitutum ad eum legati reuertuntur qui in itinere congressi magnopere ne longius progredere tur orabant cum id non impetrassent petebant uti ad eos equites qui agmen antecessissent premitteret eosque pugna prohiberet sibi; ut potestatem faceret in ubios mittendi. Quorum si principes ac senatus sibi iureiurando fidem fecisset ea conditione que a cæsare ferretur se uiuros ostendebant. Ad has res conficiendas sibi tridui spatium daret. Hec omnia cæsar eodem illo pertinere arbitrabatur ut tridui mora interposita equitatus eorum qui abesset reuertetur. Tamen sese non longius milibus passuum quattuor a quationis causa processurum eo die dixit. Huc postero die que frequentissimi conuenirent ut de eorum postulatis cognoscerent. Interim ad prefectos qui cum omni equitatu antecesserant mittit qui nunciarent ne hostes prelio lacesserent & si ipsi lacesserentur sustinerent quoad ipse cum exercitu propius accessisset. At hostes ubi primum nostris equites conspexerunt quorum erat quinque milium numerus cum ipsi non amplius octingentos equites haberent quod hi qui frumentandi causa ierant trans mosam nondum redierant nihil nostris timētibus quod legati eorum paulo ante a cæsare discessisset atque his dies indutijs dictus erat ab his petitus impetu facto celeriter nostros perturbauerunt rursus resistentibus nostris consuetudine sua ad pedes defilierunt suffossisque equis compluribusque nostris deiectis reliquos infugam coniecerunt atque perterritos egerunt ut non prius fuga desisterent quam in conspectu

Legatos

et si

agminis nostri uenissent. In eo prelio ex equitibus nris
interficiuntur quattuor & septuaginta. In his uir fortis-
simus piso aquitanus amplissimo genere natus cu-
ius auus in ciuitate sua regnum obtinuerat ami-
cus a senatu nostro appellatus. Hic cum fratri interclu-
so ab hostibus auxilium illum ex periculo eripuit. Ipse equo
uulnerato deiectus quoad potuit fortissime restitit cu
circumuentus a multis uulneribus acceptis cecidisset
atq; id frater qui iam prelio excesserat procul animad-
uertisset incitato equo se hostibus obtulit atq; interfec-
tus est. Hoc prelio facto cesar neq; iam sibi legatos au-
diendos neq; condiciones accipiendas arbitrabatur ab
his qui per dolum atq; insidias petita pace ulro bel-
lum intulissent. Expectare uero dum hostium copis
augerentur equitatusq; reuerteretur summe demen-
tie esse iudicabat. Et cognita gallorum infirmitate
quantum iam apud eos hostes uno prelio auctorida-
tis essent consecuti sentiebat. Quibus ad consilia ca-
pienda nihil spatij dandum existimabat. His con-
stitutis rebus & consilio cum legatis & questorib; co-
munitato ne quem diem pugne intermitteret oppor-
tunissime res accidit quod postridie eius diei ma-
ne eadem & perfidia & simulatione usi germani
frequentes omnibus principibus maioribusq; na-
tu adhibitis ad eum in castra uenerunt simul ut di-
cebatur sui purgandi causa quod contra atq; esse die-
tum & ipsi petissent prelium pridie commisissent
simul ut siquid possent de induitijs fallendo impetra-
rent. Quos sibi cesar oblatos grauius retineri iussit.
Ipse omnes copias castris eduxit equitatumq; quod

Pisonis aquitani mori

*Eregia fortitudo & cari-
tas duoy fratroy.
fexal*



recenti prelio perterritum esse existimabat agmen subsequi iussit acie triplici instructa & celeriter octo milium itinere confecto prius ad hostium castra peruenit quod quid ageretur germani sentire possent. Qui omnibus rebus subito perterriti & celeritate aduentus nostri & discessu suorum neque consilij habendi neque arma capiendi spacio dato perturbantur copias ne aduersum hostem ducere an castra defendere an fuga salutem petere prestaret. Quorum timor cum fremitu & concursu significaretur milites nostri pristini diei perfidia incitati in castra irruerunt. Quo loco qui celeriter arma capere potuerunt paulisper nostris restiterunt atque inter carros impedimentaque prelium commiserunt. At reliqua multitudo puerorum mulierumque nam cum omnibus suis domo excesserant rhenumque transierant passim fugere cepit ad quos consectandos cesar equitatum misit. Germani post tergum clamore audito cum suos interfici uiderent armis abiectis signisque militaribus relictis se ex castris eiecerunt & cum ad confluentem mosam & rheni peruenissent reliqua fuga desperata magno numero interfecto reliqui se in flumen precipitauerunt atque ibi timore lassitudine & ui fluminis oppressi perierunt. Nostri autem ad unum omnes incolumes per paucis uulneratis ex tanti belli timore cum hostium numerus capitum cccc. xxx. milium fuisset se in castra receperunt. Caesar his quos in castris retinuerat discedendi potestatem fecit. Illi supplicia cruciatibusque gallo- rum ueriti quorum agros uexauerant remanere se apud eum uelle dixerunt. His cesar libertatem concessit.

*Incipitur prelium
cum germanis.*

Na

*Incredibilis pene numerus
germanorum.*

Germanico bello confecto multis de causis cesar statuit sibi rhenum esse transeundum quarum illa fuit iustissima quod cum uideret germanos tam facile impelli ut in galliam uenirent suis quoque rebus eos timere uoluit cum intelligerent & posse & audere populo romano exercitum rhenum transire. Accessit etiam quod illa pars equitatus usipetum & tenocherorum quam supra commemoravi praedandi frumentandique causa mosam transire neque prelio interfuisse post fugam suorum se trans rhenum in fines sicambrorum receperat seque cum his coniunxerat ad quos cum cesar nuncios misisset qui postularent eos qui sibi gallie bellum intulissent uti sibi dederent. Responderunt populi romani imperium rhenum finire si se inuito germanos in galliam transire non equum existimaret cur sui quicquam esse imperij aut potestatis trans rhenum postularet. Vbi autem qui uni ex transrhenanis ad cesarem legatos miserant amicitiam fecerant obsides dederant magno pere orabant ut sibi auxilium ferret quod grauiter a suis premerentur uel si id facere occupationibus populi romano prohiberetur exercitum modo trans rhenum transportaret. Id sibi auxilium sperantque reliqui temporis satis futurum tantum esse nomen atque opinionem eius exercitus. Aruisto pulso & hoc nouissimo prelio facto etiam ad ultimas germanorum nationes uti opinione et amicitia populi romani tuti esse possent nauium copiam magnam ad transportandum exercitum pollicebantur. Cesar his de causis quas commemoravi rhenum transire decreuerat. Sed nauibus transire neque satis tutum arbitrabatur neque suis neque populi romani dignitatis esse sta-

tuebat. Itaq; & si summa difficultas belli faciendi pontis pro-
ponebatur propter latitudinem rapiditatem altitudinēq;
fluminis tamen id sibi contendendum aut aliter non
traducendum exercitum existimabat. Rationem pontis
igitur hanc instituit. Tigna bina sexquipedalia paulum
ab imo præacuta dimensa ad altitudinem fluminis inter-
uallo pedum duorum inter se iungebant. Hęc cum machi-
nationibus imissa in flumen defixerat fistulicisq; adege-
rat non sublice modo directa ad perpendiculum sed
prona ad fastigiata ut secundum naturam fluminis
procumberent. His item contraria duo ad eundē mo-
dum iuncta interuallo pedum quadragenū ab infērio-
re parte contra uim atq; impetum fluminis conuersa
statuebat. Hęc utraq; insuper bipedalibus trabibus im-
missis quantum eorum tignorum iunctura distabat
binis utrimq; fibulis ab extrema parte detinebantur.
Quibus disclusis atq; in contrariam partem reiuinctis tā-
ta erat operis firmitudo atq; earum uis aque in se-
concitasset hoc arctius illigata tenerentur. Hęc direc-
ta materia iniecta contexebantur ac longurijs trabib; q;
consternebantur ac nihilo segnis sublices & ad infērio-
rem partem fluminis oblique agebantur que pro arie-
te subiecte & cum omni parte coniuncte uim fluminis
exciperent & alie item supra pontem mediocri spacio ut
si arborum trunci siue naues deijciendi operis causa
essent a barbaris missę his defensoribus earum uis mi-
nueretur ne ponti nocerent. Diebus decem quibus
materia cepta erat comportari omni opere effecto exer-
citus transducitur. Cęsar ad utraq; partem pontis
firmo presidio relicto in fines sycambrorum contēdit.

Cęsar pontem in rhe-
no curat faciēduz
quo exercitū tradu-
cat in germaniā

lats cratibus

Interim a compluribus ciuitatibus ad eum legati ueniunt. Quibus pacem amicitiamque petentibus liberaliter respondit obsidesque ad se adduci iubet. Sycambri ex eo tempore quo pons institui ceptus est fuga compata hortantibus his quos ex tenocheris atque usipetibus apud se habebant finibus suis excesserant suaque omnia exportauerant seque insolitudine ac siluas abdiderant. Caesar paucos dies in eorum finibus moratus omnibus uicis edificisque incensis frumentisque succensis se in fines ubiorum recepit atque his auxilium pollicitus suum si absueuis premerentur hec ab his cognouit. Sueuos postquam per exploratores pontem fieri comperissent more suo consilio habito nuncios in omnes partes misisse uti de oppidis demigrarent liberos uxores suaque omnia in siluis deponerent atque omnes qui arma ferre possent in unum locum conuenirent. Hunc esse delectum medium fere regionum earum quas sueui obtinerent hic romanorum aduentum expectare atque ibi decertare constituisse. Quod ubi cesar comperit omnibus his rebus confectis quarum rerum causa traducere exercitum constituerat ut germanis metum inieceret ut sicambros ulcisceretur ut ubios obsidione liberaret diebus omnino decem & octo transrhenum consumptis satis & ad laudem & ad utilitatem profectum arbitratus se in galliam recepit pontemque rescindit. Exigua parte estatis reliqua cesar & si in his locis quod omnis gallia in septentrionem uergit mature sint hiemes tamen in britaniam proficisci contendit quod omnibus fere gallicis bellis hostibus nostris inde subministrata auxilia intelligebat.

Mos Sueuorum.

De bello Britanico.

& si tempus anni ad bellum gerendum deficeret tamē ma-
 gno sibi usui fore arbitrabatur si modo insulam adisset
 & genus hominum perspexisset & loca portus aditusque
 cognouisset. Quae omnia ferē gallis erant incognita.
 Neque enim temere praeter mercatores illo adiit quisquam. Neque
 his ipsis praeter quae oram maritimam atque eas regiones
 quae sunt contra gallias notum est. Itaque uocatis ad
 se undique mercatoribus neque quanta esset insulae ma-
 gnitudo neque aut quantae nationes incolerent neque
 quem usum belli haberent aut quibus institutis
 uterentur neque qui essent ad maiorum nauium
 multitudinem idonei portus reperire poterant. Ad haec
 cognoscenda priusquam periculum faceret periculum idone-
 um esse arbitratus. C. uolusenum cum nauis longa pre-
 mittit. Huic mandat ut exploratis omnibus rebus ad
 se quae primum reuertatur. Ipse cum omnibus copiis in
 morinos proficiscitur quod inde erat breuissimus in
 britaniam traiectus. Huc naues undique ex finitimis
 regionibus & quae superiore estate ad uenetiam bel-
 lum effecerat classem iubet conuenire. Interim con-
 silio eius cognito & per mercatores perlato ad brita-
 nos a compluribus insulae ciuitatibus ad eum lega-
 ti ueniunt qui polliceantur obsides dare atque im-
 perio populi romano obtemperare. Quibus auditis libe-
 raliter pollicitus hortatusque ut in ea sententia permane-
 rent eos domum remittit & cum his una comium quem
 ipse atrebatibus superatis regem ibi constituerat. Cuius
 & uirtutem & etiam consilium probabat & quem sibi
 fidelem esse arbitrabatur cuiusque auctoritas in his
 regionibus magni habebatur mittit. Huic imperat

Prudenter.

Nauis longa.

quas possit adeat ciuitates horteturq; populi. ro. fidē
sequantur seq; celeriter eo uenturum nunciet. Volu-
senus perspectus regiones omēs quantum ei facultas
dari potuit qui naui egredi ac se barbaris committe-
re non auderet quinto die ad cesarem reuertitur que-
que ibi perspexisset renunciat. Dum in iis locis ces-
sar nauium parandarum causa moratur: ex magna
parte morinorum ad eum legati ueniunt, qui se de
superioris temporis consilio excusarent: quod homines
barbari & nostre consuetudinis imperiti: bellum popu-
lo. ro. fecissent: seq; ea que impetrasse esse facturos pol-
licerentur. Hec sibi cesar satis opportune accidisse
arbitratus, quod neq; post tergum hostem relinque-
re uolebat: neq; belli gerendi propter anni tempus
facultatem habebat: neq; has tantarum rerum occu-
pationes britaniz anteponendas iudicabat, magnū
ijs numerum obsidum imperat. Quibus adductis
eos infidem recepit: nauibus circiter octingentis oc-
tuaginta onerarijs coactis contractisq; quod satis ēē
ad duas transportandas legiones existimabat: quod
preterea nauium longarum habebat, questori le-
gatis, prefectisq; distribuit. Huc accedebant xviii one-
rarijs naues que ex eo loco milibus passuum octo uen-
to tenebantur: quo minus in eundem portum pos-
sent uenire, has equitibus distribuit. Reliquum
exercitum Quinto titurio sabino & Lucio auruncu-
leio Cottae legatis in menapios atq; in eos pagos
morinorum a quibus ad eum legati non uenerāt
ducendum dedit. Publium sulphicium rufum le-
gatum cum eo presidio quod satis esse arbitrabantur:

J
No

Transitus . C . Britannia .

portum tenere iussit . His constitutis rebus nactus idoneam ad nauigandum tēpestatem : tertia ferē uigilia soluit equitesq; in ulteriorem portum progredi & naues conscendere & se sequi iussit . A quibus cū paulo tardius esset administratum : ipse hora circiter diei quarta , cum primis nauibus britanniam attigit : atq; ibi in omnibus collibus expositas hostium copias armatas conspexit : cuius loci hec erat natura : atque ita montibus angustis mare continebatur : uti ex locis superioribus in litus telū adigi posset . Hunc ad egrediendum nequaquā idoneum locum arbitratus : dum reliquae naues eo conuenirent ad horam nonam in anchoris expectauit . Interim legatis tribunisque militum conuocatis : & quae ex uoluseno cognosset : & quae fieri uellet ostendit : monuitq; ut rei militaris ratio maxime ut maritimae res postularent : ut quā celerem atq; instabilem motū haberent : ad nutum & ad tempus omnes res ab iis administrarentur . His dimissis & uentum & estū uno tempore nactus secundum dato signo & sublati anchoris circiter milia passuum septem ab eo loco progressus : ac plano litore naues constituit .

*Britanni ut plures . C .
milites in litus exponi .*

At barbari consilio romanorum cognito : premisso equitatu & essedarijs quo plerumq; genere in prelijs uti consueverant . Reliquis copijs subsequuti nostros nauibus egredi prohibebant . Erat ad has causas summa difficultas : quod naues propter magnitudinem nisi in alto constitui non poterant . Militibus autem ignotis locis impeditis manibus magno & graui onere armorum oppressis simul & de nauibus desiliē-

dum: & in fluctibus consistendum: & cum hostibus erat
 pugnandum. cum illi aut ex arido aut paulum in
 aqua progressi omnibus membris expediti notissis
 locis audacter tela coniicerent: & equos insuetos
 incitarent. Quibus rebus nostri perterriti atque huius
 omnino generis pugne imperiti non eadem alacri-
 tate ac studio quo pedestribus uti praeliis consue-
 rant utebantur. Quod ubi cesar animaduertit, naues
 longas: quarum & species barbaris inusitatiores & mo-
 tus ad usum expeditior: paulum remoueri ab on-
 rarijs nauibus & remis incitari & ad latus apertum
 hostium constitui: atque inde fundis: sagittis: tormen-
 tis hostes propelli ac summoueri iussit. Quae res ma-
 gno usui nostris fuit: nam & nauium figura & re-
 morum motu & inusitato genere tormentorum
 permoti barbari constiterunt: ac paulum modo pede
 retulerunt: atque nostris militibus cunctantibus prop-
 ter altitudinem maris maxime qui decime legionis
 aquilam ferebat contestatus deos ut ea res legioni fe-
 liciter eueniret. Desilite inquit milites: nisi uultis
 aquilam hostibus prodere. Ego certe meum rei publi-
 ce atque imperatori officium prestitero. Hoc cum uoce
 magna dixisset: se ex nauis proiecit: atque in hostes a-
 quilam ferre coepit. Tum nostri cohortati inter se ne
 tantum dedecus admitteretur: uniuersi ex nauis de-
 silierunt. Hos item ex proximis primis nauibus cum
 conspexissent subsecuti hostibus appropinquant. Pu-
 gnatum est ab utrisque acriter. Nostri tamen quod neque
 ordines seruare: neque firmiter insistere: neque signa
 subsequi poterant: atque alius alia ex nauis quibuscumque

Fortiter & aurose facta

Vore magna

lignis occurrerat, se aggregabat: magnopere perturbabantur. Hostes uero notis omnibus uadis, ubi ex litore aliquos singulares ex nauis egredientes conspexerant: incitatis equis impeditos adoriebantur, plures paucos circūstebāt. Alij a latere aperto in uniuersos tela conijciebant. Quod cum animaduertisset cesar, scaphas longarum nauium: itē speculatoria nauigia militibus compleri iussit & quos laborantes conspexerat: ijs subsidia summittebat.

Aridum.

Hostes simul in arido constiterunt: suis omnibus consecutis, in hostes impetum fecerunt: atq; eos in fugam dederunt. Neq; eos longius prosequi potuerūt: quod equites cursum tenere: atq; insulam capere non potuerunt. Hoc unum ad pristinam fortunam cesari defuit. Hostes prelio superati simul atq; se ex fuga receperunt: statim ad cesarem legatos de pace miserunt, obsides daturus & quęq; imperasset facturos esse polliciti sunt.

Fugantur Britanni.

Legati eorūdem ad. C.

Vna cum ijs legatis Comius atrebas uenit: quem supra demonstraeram a cesare in britaniam premissum. Hunc illi ē nauis egressum cum ad eos oratoris modo cesaris mandata deferret, comprehenderant: atq; in uincula coniecerant: tum prelio facto remiserunt. In petenda pace eius rei culpam in multitudinem coniecerunt: & per imprudentiam ut ignosceretur petierunt.

In continentem.

Caesar questus quod cum ultro in continentem legatis missis pacem a se petissent: bellum sine causa intulissent: ignoscere imprudentię dixit, obsidesq; imperauit. Quorum illi partem statim dederunt: partem ex longinquiore locis accersitā

paucis diebus se se daturos dixerunt. Interea suos remigrare in agros iusserunt: principesque undique conuenire: & se ciuitatesque suas cesari commendare ceperunt. His rebus pace confirmata post diem quartum quod est in britaniam uentum naues xvij de quibus supra demonstratum est: quae equites substulerant ex superiore portu leni uento soluerunt quae cum appropinquarent britaniam ex castrisque uiderentur: tanta tempestas subito coorta est: ut nulla earum cursum tenere posse: sed aliae eodem unde erant profectae referentur aliae ad inferiorem partem insulae quae est propius solis occasum magno sui cum periculo deiicerentur. Quae tamen anchoris iactis cum fluctibus complecterentur: necessario aduersa nocte in altum prouectae continentem petierunt. Eadem nocte accidit: ut esset luna plena qui dies maritimos extus maximos in oceano efficere consuevit: nostrisque id erat incognitum. Ita uno tempore & longas naues quibus cesar exercitum transportandum curauerat quasque in aridum subduxerat: estus compleuerat: & onerarias quae ad ancoras erant deligatae tempestas afflictabat: neque ulla nostris facultas aut administrandi aut auxiliandi dabatur. Compluribus nauibus contractis: reliquae cum essent funibus: anchoris: reliquisque armamentis amissis ad nauigandum inutiles: magna id quod necesse erat accidere totius exercitus perturbatio facta est. Neque enim naues erant aliae quibus reportari possent: & omnia decrant quae ad reficiendas naues erant usui: & quod omnibus constabat hiemare in gallia oportere frumē-

Continentem.

No

Aridum

tumq; in iis locis in hiemem prouisum non erat. Quibus rebus cognitis principes britanni qui post prelium ad cesarem conuenerant: inter se collocti: cū equites & naues & frumentum romanis deesse intelligerent: & paucitatem militum & castrorum exiguitate cognoscerent: que hoc erant etiam angustiora: quod sine impedimentis cesar legiones transportauerat, optimum factu esse duxerunt: rebellionē facta, frumento, com meatuq; nostros prohibere & rem in hiemem producere: quod iis superatis, aut reditu interclusis neminem postea belli inferendi causa in britaniam transiturum confidebat. Itaq; rursus coniuratione facta paulatim ex castris discedere aut suos clam ex agris deducere cœperunt. At cesar & si non dum eorum consilia cognouerat: tam & ex euentu nauium suarum & ex eo qd̄ obsides dare intermiserant fore id quod accidit suspicabat. Itaq; ad omnes casus subsidia comparabat: nam & frumentum ex agris quotidie in castra cōferebat: & que grauissima erant afflicte naues: earum materia atq; ex̄e ad reliquas reficiendas utebatur: & que ad eas res erant usui: ex continenti comportari iubebat. Itaq; cum id summo studio à militibus administraretur xij nauibus amissis: reliquis ut nauigari commode posset effecit. Dum ea geruntur legione ex consuetudine una frumentatum missa que appellabatur septima: neq; ulla ad id tempus belli suspitione interposita: cum pars hominum in agris remaneret: pars etiam in castra uentitaret: ij qui pro portis in statione castrorum erant: cesari

Rebellio facta.

ere.

nunciauerunt puluerem maiorem q̄ consuetudo
 ferret in ea parte uideri: quam in partem legio it̄
 fecisset. Cesar id quod erat suspicatus aliquid noui
 a barbaris initum consilij. Cohortes que in stationib⁹
 erant: secum in eam partem proficisci: ex reliquis du-
 as in stationem cohortes succedere. Reliquos arma-
 ri: & confestim sese subsequi iussit. Cum paulo longi-
 us a castris processisset: & suos ab hostibus premi atq̄
 egre sustinere: & confecta legione ex omnibus p̄-
 tibus tela conijci animaduertit. Nam quod om̄i ex
 reliquis partibus demesso frumento: pars una erat
 reliqua suspicati hostes huc nostros esse uenturos noc-
 tu in siluis delituerant. Tum dispersos depositis armis
 in metendo occupatos subito adhorti paucis interfec-
 tis: reliquos in certis ordinibus perturbauerant: si-
 mul equitatu atq̄ essedis circū dederāt. Genus hoc
 est essedis pugne. Primo per omnes partes perequi-
 tant: & tela conijciunt: atq̄ ipso terrore equorum:
 & strepitu rotarum ordines plerūq̄ perturbant &
 cum se inter equitum turmas insinuauerint esse-
 dis desiliunt & pedibus p̄liantur: audige inte-
 rim paulatim ex p̄lio excedunt: atq̄ ita currus
 collocant: ut si illi a multitudine hostium p̄man-
 tur: expeditum ad suos receptum habeant. Ita mo-
 bilitatem equitum: stabilitatem peditum p̄lijs p̄-
 tant: ac tantum usu quotidiano & exercitatione
 efficiunt: uti in decliui ac p̄cipiti loco incitatoe
 equos sustinere & breui moderari ac flectere et
 per temonem percurrere: & in iugo insistere: & se-
 inde in currus recipere citissime consuerint. Quibus

Delituerant.

Esseda.

Mobilitas.

A
19

A
No.

rebus perturbatis nostris nouitate pugnae tempore
 opportunissimo cesar auxilium tulit: namque eius
 aduentu hostes constiterunt: nostri se extimore
 receperunt. Quo facto ad lacessendum & ad co-
 mittendum prelium alienum esse tempus arbitra-
 tus suos e loco continuit: & breui tempore inter-
 misso: in castra legiones reduxit. Dum hec gerun-
 tur nostris omnibus occupatis qui erant in agris:
 reliqui discesserunt. secute sunt continuos plures
 dies tempestates que & nostros in castris contine-
 rent: & hostem a pugna prohiberent. Interim ba-
 bari nuncios in omnes partes dimiserunt: paucita-
 temque nostrorum militum suis predicauerunt: &
 quanta preda faciende atque imperpetuum sui libe-
 randi facultas daretur: si romanos castris expu-
 lissent demonstraerunt. His rebus celeriter ma-
 gna multitudine peditatus equitatusque coactas ad
 castra uenerunt. Cesar & si idem quod superiori-
 bus diebus acciderat fore uidebat & si essent hos-
 tes pulsi: celeritate periculum effugerent: tamen
 nactus equites circiter .xxx. quos comius atrebas
 de quo antedictum est secum transportauerat le-
 giones in acie pro castris constituit. Commisso pre-
 lio: diutius nostrorum militum impetum hostes ferre
 non potuerunt: ac terga uerterunt. Quos tanto
 spatio secuti quantum cursu & uiribus efficere po-
 tuerunt: complures exijs occiderunt. Deinde om-
 nibus longe lateque edificijs incensis se in castra rece-
 perunt. Eodem die Legati ab hostibus missi ad cae-
 sarem de pace uenerunt. His cesar numerum obsidu

Iterum committitur plus
 cum Britannis & iterum
 fugantur.

Secunda Legatio.
 De pace.

quem ante imperauerat duplicauit: eosq; in continentē adduci iussit: quod propinqua die equinoctij infirmis nauibus hiemi nauigationem subiiciendam non existimabat. Ipse idoneam tempestatem nactus paulo post mediam noctem naues soluit. Quae omnes incolumes ad continentem peruenerunt. Sed ex ijs onerariis duae eisdem quos reliqui portus capere nō potuerunt: & paulo infra delatae sunt. Quibus ex nauibus cum essent expositi milites circiter trecenti atq; in castra contenderent: morini quos caesar in britaniam proficiscens pacatos reliquerat: spe p̄de adducti primo non ita magno suorum numero circūsteterunt: ac si sese interfici nolent arma ponere iusserunt. Cum illi orbe facto sese defenderēt: celeriter ad clamorem hominum circiter milia sex conuenerunt. Qua re nuciata caesar omnem ex castris equitatum suis auxilio misit. Interim nostri milites impetum hostium sustinuerunt: atque amplius horis quattuor fortissime pugnauerunt: & paucis uulneribus acceptis, complures ex ijs occiderunt. Postea uero q̄ equitatus noster in conspectum uenit: hostes abiectis armis terga uerterunt: magnusq; eorum numerus est occisus. Caesar postero die Titum labienum legatum cum ijs legionibus quas ex britania reduxit in morinos qui rebellionem fecerant misit. Qui cum propter siccitates paludum quo se reciperent non haberent quo superiore anno perfuerant usi: omnes ferē in potestatem labieni peruenerūt. At Quintus titurius & lucius cotta legati: qui in menapios fines

Egregiam & memorabilem uirtutē militum istorum...

Succisus.

Supplicatio.

Legiones deduxerant omnibus eorum agris uastatis: frumentis succisus, edificijsq; incensis quod menapij omnes in densissimas siluas abdiderant se ad cesarem receperunt. Caesar in belgis omnium legionum hiberna constituit. Eo due omnino ciuitates ex britania obsides miserunt: relique neglexerunt. His rebus gestis ex litteris caesaris dierum uiginti supplicatio a senatu decreta est.

COMMENTARIORVM .C. IULII CAESARIS DE BELLO GAL-
LICO LIBER QUINTVS INCIPIT .IULIVS CELSVS CONSTA-
TINVS VIR CLARVS EMENDAVIT

1
OMITIO APPIO CLAVDIO CONSVLIBVS DISCE-
dens ab hibernis caesar in Italiam ut quot an-
nis facere consueuerat. Legatis imperat quos
legionibus praefecerat: uti q; plurimas possent hieme
naues edificandas ueteresq; reficiendas curaret. Ea-
rum modum formamq; demonstrat ad celeritate onerandi: subductiores pauloq; facit humiliores. q; quibus
in nostro mari uti consueuimus: atq; ideo magis quod
propter crebras mutationes aestuum: minus magnos
ibi fluctus fieri cognouerat: ad onera & ad multitudi-
nem iumentorum transportandum paulo latiores q;
quibus in reliquis utimur maribus. Has omnes ac-
tuarias imperat fieri: quam ad rem multum humili-
tas adiuuat. Ea que sunt ad armandas naues ex his-
pania apportari iubet. Ipse conuentibus gallie cetero-
peractis in illyricum proficiscitur: quod a pirustis fini-
timam partem prouinciae incursionibus uastari au-
diebat. lo cum uenisset: ciuitatibus milites imperat:
certumq; in locum conuenire iubet. Qua re nunciata

pirustae legatos ad eum mittunt: qui doceant nihil earum rerum publico factum consilio: seseq; paratos esse demonstrat: omnibus rationibus de iniurijs satisfacere. Precepta oratione eorum: cesar obsides imperat: eosq; ad certum diem adduci iubet: nisi ita fecerint: sese bello ciuitatem persecuturum demonstrat. His addiē adductis ut imperauerat: arbitros inter ciuitates dat: qui litem existiment pœnamq; constituent. His confectis rebus: conuentibusq; peractis: in citeriorem galliam reuertitur: atq; inde ad exercitum proficiscitur. Eo cum uenisset: circuitis omnibus hibernis singulari militū studio in summa omnium rerum inopia circiter sexcentas eius generis cuius supra demonstrauius naues & longas uiginti octo inuenit constructas: neq; multum abesse ab eo quin paucis diebus deduci possent. Collaudatis militibus atq; ijs qui negotio presuerant: quid fieri uelit ostendit. Atq; omnes ad portum Ilium conuenire iubet. Quo ex portu commodissimum in britaniam traiectum cognouerat circiter milium passuum xxx. transmissum a continenti. Huic rei quod satis esse uisum est militum relinquit. Ipse cum legionibus expeditis quattuor & equitibus dcc in fines treuerorum proficiscitur: quod ij neq; ad concilia ueniebant: neq; imperio parebant: germanosq; transrhennos sollicitare dicebantur. Hæc ciuitas longe plurimū totius galliæ equitatu ualeat: magnasq; habet copias peditum: rhenuinq; ut supra demonstrauius tangit. In ea ciuitate duo de principatu inter se contendebant. Indiciomarus & cingentorix e quibus alter simul atq; de cesaris legionūq; aduentu cognitum est: ad eum

atq; educi

Comodissimus traiectus in britaniam.

Ad Concilia.

Silua Arduena.

uenit: se suosq; omnes in officio futuros: neq; ab amicitia populi. ro. defecturos confirmauit: quęq; in treueris gererentur ostendit. At Indutiomarus equitatum perditatimq; cogere: illq; qui per etatem in armis esse nō poterant: in siluam arduennam abditis: quę ingēti magnitudine per medios fines treuerorum a flumine rheno ad initium remorum pertinet, bellum parare instituit. Sed postea q̄ nonnulli principes ea ex ciuitate & familiaritate Cingetorigis adducti: & aduentu nostri exercitus perterriti ad cesarem uenerunt: & de suis priuatim rebus ab eo petere ceperunt: quoniam ciuitati consulere non posset: ueritus ne ab omnibus desereretur: Indutiomarus legatos ad cesarem mittit sese idcirco absuis discedere ac ad eum venire uoluisse: quo facilius ciuitatem in officio contineret: ne omnis nobilitatis discessu plebs propter imprudentiam laberetur. Itaq; esse ciuitatem in sua potestate sese si cesar permitteret ad eum in castra uenturum suas ciuitatisq; fortunas eius fidei permissurum. Cesari & si intelligebat qua de causa ea dicerentur: quę eū res ab instituto consilio deterreret: tamen ne etatem in treueris consumere cogeretur omnibus ad britanicum bellum rebus comparatis: Indutiomarus ad se cum ducentis obsidibus uenire iube. si adductis in ijs filio propinquisq; eius omnibus quos nominatim euo cauerat: consolatus Indutiomarus hortatusq; est: uti in officio maneret. Nihilō tamen secius principibus treuerorum ad se conuocatis hos sigillatim cingetorigi conciliauit. Quod cum merito eius a se fieri intelligebat: tum magni interesse arbitrabatur eius

auctoritatem inter suos quod plurimum ualere: cuius tam
 egregiam in se uoluntatem perspexisset. Id tulit factum
 grauius induciomarus suam gratiam inter suos mi-
 nui: ut qui iam ante inimico in nos animo fuisset: mit-
 to grauius hoc dolore exarserit. His rebus constitutis
 cesar ad portum Itium cum legionibus peruenit. Ibi
 cognoscit Lx naues que in belgis facte erant tempesta-
 te reiectas cursum tenere non potuisse: atque eodem
 unde erant profecte reuertisse. Reliquas paratas
 ad nauigandum: atque omnibus rebus instructas
 inuenit. Eodem equitatus totius gallie conuenit
 numero milium quattuor principesque ex omnibus
 ciuitatibus: ex quibus per paucos quorum in se fide
 perspexerat relinquere in gallia reliquos obsidum
 loco secum ducere decreuerat. Quod cum ipse abes-
 set: motum gallie uerebatur. Erat una cum ceteris
 dumnorix heduus de quo nobis ante dictum est hunc
 secum habere imprimis constituerat: quod cum
 cupidum rerum nouarum imperij: magni animi ma-
 gne inter gallos auctoritatis agnouerat. Accedebat
 huc quod in concilio heduorum dumnorix dixerat sibi
 a cesare regnum ciuitatis deferri. Quod dictum he-
 dui grauius ferebant: neque recusandi aut deprecandi
 causa legatos ad cesarem mittere audebant. Id factum
 ex suis hospitibus cesar cognouerat. Ille omni-
 bus primo precibus petere contendit ut in gallia
 relinqueretur partim quod insuetus nauigandi
 mare timeret: partim quod religionibus impedi-
 ri sese diceret. Postea quod id obstinate sibi negari ui-
 dit omni spe impetrandi adempta principes gallie

portus Itius.

Agnouerat.

sollicitare reuocare singulos hortariq; coepit: uti in co-
 tinenti remanerent metu territate non sine causa
 fieri: ut gallia omni nobilitate spoliaretur id esse con-
 silium cesaris ut quos in conspectu gallie interficere
 uereretur: hos omnes in britaniam traductos nece-
 ret fidem reliquis interponere: iusiurandum posce-
 re: ut quod esset exusu gallie intellexissent commu-
 ni consilio administrarent. Hec a compluribus ad
 cesarem deferebantur. Qua re cognita cesar: quod
 tantum ciuitati hedue dignitatis tribuebat coercen-
 dum atq; deterrendum quibuscunq; rebus posse du-
 norigem statuebat: quod longius eius amentiam
 progredi uidebat perspiciendum: ne quid sibi ac rei
 pub. nocere posset. Itaq; circiter xxv dies in eo loco
 commoratus: quod chorus uentus nauigatione
 impediabat qui magnam partem omnis tempo-
 ris in iis flare consuevit dabat operam in officio
 dumorigem continere. Nihil tamen secius omnia
 qui consilia cognoscere. Tandem idoneam nactus
 tempestatem: milites equitesq; conscendere in na-
 ues iube. Atq; omnium impeditis animis: dun-
 norix cum equitibus heduor; a castris inscienter
 cesare domum discedere coepit. Qua re nu-
 cia-
 ta cesar intermissa profectio: atq; omnibus re-
 bus pospositis magnam partem equitatus ad eum
 insequendum mittit: retrahiq; imperat si uim fa-
 ciat neq; pareat interfici iube. Nihil huc se absen-
 te pro sano facturum arbitratus: qui presentis im-
 perium neglexisset. Ille enim reuocatus resistere:
 ac se manu defendere suorumq; fidem implorare

Dunnoix à C. fugit.

als profanum

coepit sepe clamitans liberum se: liberęq; ciuitatis.
 Illi ut erat imperatum circūstunt hominem atq;
 interficiunt. Atq; equites hedui ad caesarem omnes
 reuertuntur. His rebus gestis: Labieno in continēte
 cum tribus legionibus & equitum milibus duobus
 relicto ut portus tueretur: & rem frumentariā pro-
 uideret queq; in gallia gererentur. gnoscere: consi-
 liumq; pro tempore & pro re caperet. Ipse cum qnq;
 legionibus & pari numero equitum quem in continēti
 reliquerat ad solis occasum naues soluit: & leni afri-
 co prouectus mediam circiter noctem uento intēmis-
 so cursum non tenuit: & longius delatus est. orta
 luce sinistra britanniam relictam conspexit. Tum
 rursus, estus commutationem secutus remis con-
 tendit: ut eam partem insule caperet: qua opti-
 mum esse egressum superiore estate cognouerat. In
 in re admodum fuit militum uirtus laudanda: q;
 uictorijs grauibsq; nauigijs non intermisso nauigā-
 di labore logarum nauium cursum adaequarunt. Ac-
 cessum est ad britanniam omnibus rebus meridiano
 fere tempore: neq; in eo loco hostis est uisus: sed
 ut postea cesar ex captiuis cognouit: cum magnę
 manus eo conuenissent multitudine nauium per-
 territę: que cum publicis priuatissq; quas sui quisque
 commodi fecerat amplius octingente uno erant
 uise tempore a litore discesserunt: ac se in superiora
 loca abdiderant. Cesas exercitu exposito & loco cas-
 tris idoneo capto: ibi ex captiuis cognouit: quo in lo-
 co hostium copie consederant. cohortibus decem ad
 mare relictis & equitibus trecentis qui presidio na-

Dunorix interficitur.

*Transit iterum cesar
in Britanniam.*

Victorię naues.

*caesarijs nauibus
ad Britanniam*

uibus esset: de tertia uigilia ad hostes contendit eo minus
 ueritus nauibus quod in litore molli atq; aperto deligatas
 ad anchoram relinquebat. & presidio nauibus. Quod
 atrium profecit. Ipse noctu progressus milia passuum cir-
 citer duodecim: hostium copias conspicatus est. Illi eq-
 uatū atq; essedis ad flumen progressi ex loco superiore
 nostris prohibere & prelium committere coeperunt.
 Repulsi ab equitatu se in siluas abdiderunt locum nac-
 ti egregie & natura & opere munitum: Quem dome-
 stici belli ut uidebatur causa iam ante preparauerat.
 Nam crebris arboribus succis omnes introitus erant
 preclusi. Ipsi ex siluis rari propugnabant: nostrosq; intra
 mutationes ingredi prohibebant. At milites legionis
 septime testudine facta & aggere ad munitiones
 adiecto locum coeperunt eosq; ex siluis expulerunt pau-
 cis uulneribus acceptis: sed eos fugientes longius cae-
 sar prosequi uetuit: & quod loci naturam ignorabat:
 & quod magna parte diei consumpta munitioni cas-
 torum tempus relinqui uolebat. Postridie eius diei
 mane tripartito milites equitesq; in expeditione mi-
 sit: ut eos qui fugerent persequerentur. His aliqua
 tulum itineris progressis cum iam extremi essent in
 prospectu equites a Quinto atrio ad cesarem uenerunt:
 qui nunciarent superiore nocte maxima cohorta tem-
 pestate prope omnes naues afflictas atq; in litore
 derectas esse: quod neq; anchoras funesq; sustine-
 rent: neq; nautes gubernatoresq; uim tempestatis
 pati possent. Itaq; ex hoc concursu nauium magnū
 esse incommodum acceptum. His rebus cognitis ce-
 sar legiones equitatumq; reuocari atq; in itinere re-

Naues. c. tempestate
 afflictas esse.

sistere iube. Ipse ad naues reuertitur eadem fere que
 ex nuncijs litterisq; cognouerat coram se perspicit: Sic
 ut amissis circiter Lx nauibus relique tamen refici pos-
 se magno negocio uiderentur. Itaq; ex legionibus fabros
 deligit: & ex continenti alios accersiri iube. Labieno se-
 bit: ut q; plurimas posset ijs legionibus que sunt apud
 eum naues instituat. Ipse & si res erat multe opere ac
 laboris: tamen commodissimum esse statuit omnes na-
 ues subduci: & cum castris una munitione coniungi.
 In his rebus circiter dies decem consumit: ne noctur-
 nis quidem temporibus ad laborem militum intemis-
 sis: subductis nauibus castrisq; egregie munitis: easde
 copias quas ante presidio nauibus reliquit: Ipse eode
 unde redierat proficiscitur. Eo cum uenisset: maio-
 res iam undiq; in eum locum copie britanorum con-
 uenerant summa imperij belliq; administrandi comu-
 ni consilio permissa est. Casmellano cuius fines a fini-
 timis ciuitatibus flumen diuidit quod appellatur ta-
 mesis a mari circiter milia passuum Lxxx. Huic supe-
 riore tempore cum reliquis ciuitatibus continentia bel-
 la intercesserant. Sed nostro aduentu permoti britani
 huc toti bello imperiaq; prefecerant. Britanie pars in-
 terior ab ijs incolitur quos natos in insula ipsi memoria
 proditum dicunt. Maritima pars ab ijs qui prede ac bel-
 li inferendi causa ex belgis transierunt. Qui omnes fere
 ijs nominibus ciuitatum appellantur: quibus orti ex ci-
 uitatibus eo peruenerunt: & bello illato ibi permane-
 runt: atq; agros colere coeperunt. Hominum est in-
 finita multitudo: creberrimaq; edificia fere gallicis co-
 similia. Pecorum magnus numerus. Utuntur aut

ats in maritimis
 Casmellanus dux eligi
 Camellanus dux eligi

Continentia bella.
 Continentia bella.

Descriptio Britanie & eor
 que in Britania sunt
 Descriptio Britanie

No

ere: aut nummo aureo: aut anulis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Nascitur ibi plumbum album in mediteraneis regionibus: in maritimis ferrum: sed eius exigua est copia. Ere utuntur importato materia cuiusque generis ut in gallia est: preter fagum atque abietem. Leporem & gallinam & anserem gustare fas non putant. Hec tamen alunt animi uoluptatisque causa. Loca sunt temperatiora quam in gallia remissioribus frigidibus insula natura utriusque cuius unum latus est contra galliam. huius lateris alter angulus qui est ad cantium: quo fere omnes ex galliis naues appellantur ad orientem solem. Inferior ad meridiem spectat. Hoc pertinet circiter milia passuum quingenta. Alterum uergit ad hispaniam atque occidentem solem. Qua ex parte est hibernia dimidio minor ut existimatur quam britania: sed parispacio transitus ex gallia est in britaniam. In hoc medio cursu est insula que appellatur mona. Complures preterea minores subiecte insule existimantur. De quibus insulis non nulli scripserunt. dies continuos triginta subbruma esse noctem. Nos nihil de eo percontationibus reperiebamus: nisi quod certis ex aqua mensuris breuiores esse quam in continenti noctes uidebantur. Huius est longitudo lateris: ut fere illorum opinio septingentorum milium. Sita est contra septentriones: cui partem nulla est obiecta terra: sed eius angulus lateris maxime ad germaniam spectat. Hoc milia passuum octingenta in longitudinem esse existimatur. Ita omnis insula est in circuitu uicies centum milium passuum: & his omnibus longe sunt humanissimi que cantium incolunt: que regio est maritima omnis:

Hibernia.

Mona.

Longitudo insule & circuitu.

Vicies.

neq; multum a gallica differunt consuetudine. Inte-
 riores pleriq; frumenta no serunt: sed lacte & carne
 uiuunt. pellibusq; sunt uestiti. Omnes uero se brita-
 ni ultro inficiunt quod ceruleum efficit colorem: atq;
 hoc horridiores sunt in pugna aspectu: capilloq; sunt
 promisso atq; omni parte corporis rasa preter caput
 & labium superius. Vxores habent deni duodeniq; se-
 communes & maxime fratres cum fratribus: paren-
 tesq; cum liberis. Sed si qui sunt ex ijs nati. eorum habe-
 tur liberi quorum primum uirgo queq; deducta est.
 Equites hostium essedarij; acriter prelio cum equita-
 tu nostro in itinere conflixerunt: tamen non ut om-
 nibus partibus superiores fuerint: atq; omnes in sil-
 uas colleq; compulerit: sed compluribus interfectis
 cupidius insecuti nonnullos ex suis amiserunt. At il-
 li intermisso spacio imprudentibus nostris atq; occu-
 patis imunitone castrorum subito se ex siluis eiece-
 runt: Impetuiq; in eos facto qui erant in statione p
 castris collocati acriter pugnauerunt. Duabusq; mis-
 sis subsidio cohortibus a cesare atq; ijs primis legio-
 num duarum cum ee perexiguo intermisso loci
 spacio inter se constitissent: nouo genere pugne per-
 territis nostris per medios audacissime perreperunt:
 seq; inde incolumes receperunt. Eo die Quintus Labie-
 nus tribunus militum interficitur. Illi pluribus
 summissis cohortibus repelluntur. Toto hoc genere
 pugne cum sub oculis omnium pro castris omnium
 dimicaretur: intellectum est nostros propter gra-
 uitatem armorum qd neq; insequi cedentes posse:
 neq; ab signis discedere auderent: minus aptos esse

Preliatio.

ad huius generis hostem. Equites autem magno cum periculo prelio dimicare: propterea quod illi etiā cōsulto plerunq; cederent: & cum paulum ab legionibus nostros remouissent: ex essedis desilirent: & pedibus dispari prelio contenderent. Equestris autē prelij ratio & cedentibus & insequentibus & par atq; idem periculum inferebat. Accedebat huc ut nūq; conferti sed rari magnisq; interuallis preliarentur. Stationesq; dispositas haberent atq; alij alios deinceps exciperent: integriq; & recentes defatigatis succederent. Postero die procul a castris hostes in collibus consistere: rarisq; se ostendere & lenius q̄ pridie nostros equites prelio lacessere coeperunt. Sed meridie cum cesar pabulandi causa tres legiones atq; om̄es equitatum cum C. trebonio legato misisset: repente ex omnibus ad pabulatores aduolauerunt sicuti ab signis legionibusq; non absisterent. Nostri alacriter in eos impetu facto repulerunt neque finem sequendi fecerunt. Quo subsidio confisi eques cum post legiones uiderent: precipites hostes egerunt: magnosq; eorum numero interfecto neq; sui colligendi neq; consistendi: aut ex essedis desilendi facultatem dederunt: ex hac fuga protinus quē undiq; conuenerant auxilia discesserunt: neque post id tempus unq; summis nobiscum copijs hostes contenderunt. Cesar cognito consilio eorum ad flumen tamesim in fines cauisellanium exercitū duxit. Quod flumen uno omnino loco pedibus atq; hoc egre transiri potest. Cō cum uenisset animum aduertit ad alteram fluminis ripam magnas esse

Confisi.

Tamesis flumen.

copias hostium instructas. Ripa autem erat acutis su-
 dibus prefixis munita eiusdem generis sub aqua de-
 fixe ludes flumine tegebantur. His rebus cognitis
 a captiuis perfugisq; cesar premissis equitatu confes-
 tim legiones subsequi iussit sed ea celeritate atq; eo
 impetu milites ierunt cum capite solo ex aqua ex-
 tarent: ut hostes impetum legionum atq; equitū
 sustinere non possent: ripasq; dimitterent: ac se-
 fuge mandarent. Casiuellanus ut supra demonstra-
 uimus omni depolita spe contentionis: dimissis am-
 plioribus copijs milium circiter quatuor essedario-
 rum relictis itinera nostra seruabat: paululum que
 ex uia excedebat locisq; impeditis ac siluestribus se se-
 occultabat: atq; ijs regionibus quibus nos iter fac-
 turos cognouerat: pecora atq; homines ex agris i sil-
 uas compellebat. & cum equitatus noster liberius
 predandi uastandiq; causa se in agros eiecerat: om-
 nijs semitisq; essedarios ex siluis emittebat: & magno
 cum periculo nostrorum equitum cum ijs conflige-
 bat. Atq; hoc metu latius euagari prohibebat: relin-
 quebatur ut neq; longius ab agmine legionem ce-
 sar discendi pateretur: & tantum in agris uastadis
 incendijsq; faciendis hostibus noceretur: quātum
 labore atq; itinere legionarij milites efficere poterāt.
 Interim trinobates prope firmissima ea regionum ci-
 uitas ex qua mandubratius adolescens: cesaris fidē
 secutus: ad eum in continentem in galliam uene-
 rat: cuius pater in ea ciuitate regnum obtinuerat:
 interfectusq; erat a casiuellano: ipse fuga mortem
 uitauerat: legatos ad cesarem mittunt: pollicētq;

Extarent.

Trinobates.

Mandubratius.

Casiuellanus.

Mandubracius.

se se ei dedituros atq; imperata facturos. Petunt ut mā-
dubracium abiuria casiuellani defendat atq; inciu-
tatem mittat qui presit: imperium obtineat. His cae-
sar imperat obsides xl frumentumq; exercitui mā-
dubraciumq; ad eos mittit. Illi imperata celeriter fe-
cerunt: obsides ad numerum frumentumq; miserūt.

Trinouantibus defensis atq; ab omni militum iniuria
prohibitis cenimangi: sengoriaci: ancalites: bibroci: cas-
li: legationibus missis se se caesari dederunt. Ab ijs co-
gnoscit non longe ex eo loco opidum casiuellani abes-
se siluis paludibusq; munitum: quo satis magnus
hominum pecorisq; numerus conuenerat. Opidum
autem britani uocant: cum siluas impeditas uallo
atq; fossa muniuerunt. Quo incursionis hostium ui-
tandę causa conuenire consuerant eo proficiscitur cū
legionibus locum reperit egregie natura atq; opere
munitum: tamen hunc duabus ex partibus oppugna-
re contendit. Hostes paulisper morati militum nos-
trorum impetum non tulerūt: se seq; alia ex parte
opidi eiecerunt. Magnus ibi numerus pecoris rep-
tus multiq; in fuga sunt comprehensi atq; interfec-
ti. Cum hęc in his locis geruntur: casiuellanus ad cā-
tium quod esse ad mare supra demonstrauimus qui-
bus regionibus quattuor reges preerant Cingetorix
caruilus: taximagulus: segonax nuncios mittit: atq;
ijs imperat: uti coactis omnibus copijs castra naualia
de improviso adoriantur: atq; oppugnent. Hic cum
ad castra uenissent: nostri eruptione facta multis
eorum interfectis: capto etiam nobili duce cingeto-
rige: suos incolumes reduxerunt. Casiuellanus hoc

Trinouantes.
Cenimangi.
Sengoriaci.
Anicalites.
Bibroci.
Cassi.

D.

B.

G.

prelio nunciato tot detrimentis acceptis uastatis finibus
 maxime etiam permotus defectione ciuitatum. lega-
 tos per atrebatem communi de deditioe ad cesare
 mittit. Cesar cum constituisset hiemare in continen-
 ti propter repentinos gallie motus neq; multu sta-
 tis superesse: atq; id facile extrahi posse intelligeret
 obsides imperat: & quid in annos singulos uectiga-
 lis populo ro. britania penderet constituit: interdi-
 cit atq; imperat casuellano ne mandubracho neu
 trinouantibus nocet. obsidibus acceptis exercitum re-
 ducit ad mare: naues inuenit refectas. his deductis
 quod & captiuorum magnum numerum habebat: &
 non nulle tempestate deperierant naues duobus com-
 meatibus exercitum reportare instituit: ac si accidit
 uti ex tanto nauium numero tot nauigationibus neq;
 hoc neq; superiore anno ulla omnino nauis que milites
 portaret desideraretur. At ex his que manes ex continen-
 ti ad eum remitteretur: & prioris commeatus expositis
 militis & quas postea Labienus faciendas curauerat
 numero sexaginta perpauce locum caperent: reliquae
 fere omnes reficerentur. Quas cum aliquandiu cae-
 sar frustra expectasse: ne anni tempore a nauigatio-
 ne excluderetur quod equinoctium suberat: neces-
 sario angustius milites collocauit: ac summa tran-
 quillitate consecuta secunda mita cum soluisset ui-
 gilia prima luce terram attigit: omnesq; incolumes
 naues perduxit. subductis nauibus concilioq; gallo-
 rum samarobring peracto: quod eo anno frumentu
 in gallia propter siccitates angustius prouenerat coac-
 tus est aliter ac superioribus annis exercitum in

Duobus comeatibus.

C. uicta britania in galliam redijt. Concilio.

hibernis collocare legionesq; in plures ciuitates distri-
 buere: ex quibus unam in morinos ducendam Caio
 Fabio legato dedit: alteram in neruios Quinto cicero-
 ni. Tertiam in eluos Lucio roscio. Quartam in remis cū
 Tito Labieno in confinio treuerorum hiemare iussit. Tres
 in belgis collocauit. his. M. crassum Quintum & lucium
 municium plancum & C. trebonium legatos prefe-
 cit Vnam legionem quam proxime traspadum con-
 scripserat: & cohortes quinq; in eburones. Quorum
 pars maxima est inter mosam ac rhenum: qui sub
 imperio ambiorigis & catuolici erant missi. His mi-
 litibus. Q. titurium sabinum & Lucium arunculeiū
 cottam legatos preesse iussit. Ad hūc modum distribu-
 tis legionibus facillime inopie frumentarie se se me-
 deri posse existimauit: atq; harum tamen omnium
 legionum in hiberna: preter eam quam Lucio roscio
 pacatissimam & quietissimam partem ducendā de-
 derat milibus passuum centum continebantur. Ipe
 interea quoad legiones collocatas munitasq; hiberna
 cognouisse: in gallia morari constituit. Erat in car-
 nuatibus summo loco natus talgetius huius maiores
 in sua ciuitate regnum obtinuerāt. Huic cesar pro e-
 ius uirtute atq; in se beniuolentia: quod in omnibus
 bellis singulari eius opera fuerat usus, maiorum locū
 restituerat. Tertium hunc iam annum regnantem
 inimici iam multi palam ex ciuitate multis auctori-
 bus eum interfecerunt. Defertur ea res ad cesarem.
 Ille ueritus quod ad plures pertinebat ne ciuitas eorū
 impulsu deficeret. Lucium plācum cum legione ex
 belgis celeriter in carnutes proficisci iube: ibiq; hie-

Talgetius.

Talgetius interficitur.

mare. Quorumq; opera cognouerat tasgetium inter-
fectum: hos comprehensos ad se mittere. Interim ab om-
nibus legatis questoribusq; quibus legiones tradiderat
certior factus est in hiberna peruentum: locumq; hiber-
nis esse munitum diebus circiter quindecim quibus
in hiberna uentum est. initium repentini tumultus ac
defectionis ortum est ab ambiorige & catiuulco qui
cum ad fines regni sui sabino cottēq; presto fuisset. fru-
menta q; in hiberna comportauissent. Indutiomari etiā
reueri nuncijs impulsu suos concitauerūt: subitoq; oppres-
sis lignatoribus magna manu ad castra oppugnatum ue-
nerunt. Cum celeriter nostri arma cepissent uallūq;
ascendissent: atq; una ex parte hispanis equitibus emis-
sis equestri prelio superiores fuissent. Desperata re hos-
tes suos ab oppugnatione reduxerunt. Tunc suo mor-
conclamauerunt uti aliqui ex nostris ad colloquiū
pelirent. Habere sese qua de re cōmuni dicere uellēt:
quibus rebus controuersias minui posse sperarēt mit-
titur ad eos colloquendi causa Caius corpieius eques
romanus familiaris quinti titurij: & Quintus iunius
ex hispania quidam qui iam ante missum cesaris ad
ambiorigem uentitare consueerat. Apud quos Ambio-
rix ad hunc modum loquutus est. Sese pro cesaris in-
se beneficijs plurimum ei confiteri debere: quod eius
opera stipendio liberatus esset: quod aduaticis finitīs
suis pendere consuesset. Quodq; ei & filius & fratris
filius ab cesare remissi essent: quos aduatici obsidum
numero missos apud se in seruitute & cathenis tenuis-
sent. Neq; id quod fecerat de oppugnatione castrorū
aut iudicio aut uoluntate sua secisse: sed coactus ciui-

Ortus. repentinus tum-
tus & quasi rebellio te-
nus gallie.

Lignatoribus.

Oratio Ambiorigis.

tatis suaeque esse huiusmodi imperia: ut non minus habere
 uiris in se multitudo: quae ipse in multitudine ciuitatis. Porro
 hanc fuisse belli causam quod repente gallorum coniu-
 rationi resistere non potuerit: id se facile ex humilitate
 sua probare posse: quod non adeo sit imperitus rerum: ut suis
 copijs populum ro. superari posse confidat: sed esse galliae
 commune consilium omnibus hibernis caesaris oppugna-
 dis hunc esse dictum diem ne qua legio alteri legioni sub-
 sidio uenire possit. Non facile gallos gallis negare po-
 tuisse: praesertim cum de recuperanda communi liber-
 tate consilium initum uideretur. Quibus quonia pro-
 pietate satisfecerat: habere nunc se rationem officij &
 beneficijs caesaris monere orare titurium pro hospicio:
 ut suae ac militum saluti consulat: magnam manum
 germanorum conductam rhenum transisse hanc affore
 biduo ipsorum esse consilium uelint: ut priusquam finitimi
 sentiant: eductos ex hibernis milites ut ad ciceronem
 aut ad labienum deducerent. Quorum alter milia pas-
 suum circiter quinqueginta: alter paulo amplius ab
 ijs ablit. Illud se polliceri & iureiurando confirmare tu-
 tum iter per fines daturum: quod cum faciat & ciui-
 tati se se consulere quod hibernis leuetur: & caesari pro
 eius meritis gratiam referre. Hac oratione habita dis-
 cedit Ambiorix carpineius & iunius quae audierunt
 ad legatos deferunt. Illi repentina re perturbati & si
 ab hoste ea dicebantur: tamen non negligenda exis-
 timabant. Maxime hac re permouebantur: quod
 ciuitatem ignobilem atque humilem eburonum sua
 sponte populo ro. bellum facere ausam uix erat ce-
 dendum. Itaque ad consilium rem deferunt: magnaque

ex humilitate sua.

Non contentione singulare
 in deliberando.

ad consilium.

inter eos existit controuersia. Lucius aurunculeius cō-
 pluresq; tribuni militum ex primorum ordinum centu-
 riones nihil temere agendum atq; ex hibernis in ius-
 su cesaris discedendum existimabant. Quanta uis
 magnas etiam copias germanorum sustineri posse
 munitis hibernis docebant rem esse testimonio: qd
 primum hostium impetum multis ultra uulneri-
 bus illatis fortissime sustinuerunt re frumentaria
 nunc premi. Interea & ex proximis hibernis & a cesare
 conuentura subsidia: postremo quod esse leuius aut
 turpius q; auctore hoste de summis rebus capere consi-
 lium. Contra ea titurius sero facturos clamitabat.
 Cum maiores manus hostium adiunctis germanis
 conuenissent: & cum aliquid calamitatis in proxi-
 mis hibernis esset acceptum. breuem consulendi
 occasionem cesarem arbitrari profectum in italiam:
 neq; aliter carnutes interficiendi tasgetij consilium
 fuisse capturos neq; eburones sille adisset tanta cō-
 tentione nostra ad castra uenturos esse non hostem
 auctorem sed rem expectare subesse rhenum magno
 esse germanis dolori an nouisti mortem & superiores
 nostras uictorias ardere galliam tot contumelijs ac-
 ceptis sub populi ro. imperio redactam superiore gloria
 rei militaris extincta. postremo quis hoc sibi persua-
 deret sine certa re. Amborigem ad eiusmodi con-
 silium descendisse suam sententiam in utraq; par-
 te esse tutam. Si nihil esset durius nullo cum pericu-
 lo ad proximam legionem peruerituros: Si gallia
 omnino cum germanis consentire unam esse in
 celeritate positam salutem. Cotte quidem atq; eorū

existit.

ats non

qui dissentirent consilium quem haberet exitum. In quo si presens periculum non sit: at certe longinqua legione obsidione fames esset timenda. Hac in utraque partem disputatione habita: cum a cotta primisque ordinibus acriter resisteretur: uincite inquit sita uultis Sabinus & id clariori uoce: ut magna pars militum exaudiret. Neque is sum inquit qui grauissime ex uobis mortis periculo terreor. Hi sapient si grauius quid acciderit ut a me ratione deposcere milites: qui si perire liceat perendino die cum proximis hibernis coniuncti communem cum reliquis belli casum sustineant: nunc reiecti & relegati longe ab ceteris aut ferro aut fame intereant. Consurgitur ex consilio comprehendunt utrumque & orant ne sua dissentione & pertinacia rem in summum periculum deducant facile esse rem seu maneat seu proficiantur. Sed modo unum omnes sentiunt ac probent. Contra indissensionem nullam se salutem perspicere. Res in disputationem ad media noctem deducitur. Tandem dat per motus cotta manus superiore sententia sabini pronuntiatur prima luce ituros consumitur uigilijs reliqua pars noctis cum sua quisque miles circumspicere: quid secum portare posset: quid ex instrumento hibernorum relinquere cogere. Omnia excogitantur: quare nec sine periculo maneat ac langore militum: & uigilijs periculum augeatur. Prima luce sic ex castris proficiuntur ut quibus esset persuasum non ab hoste sed ab homine amicissimo ambiorige consilium datum longissimo agmine maximisque impe-

Disputatione habita.

Is

Perendino die.

Disputatio.

Dat manus.

Maneat.

D.

B.

G.

dimentis incedunt. At hostes postea q̄ ex nocturno fremitu uigilijsq; de protectione eorum senserunt collocatis insidijs bipartito insiliis opportuno atq; occulto loco a milibus passuum circiter duobus romanorū aduentum expectabant: & cum se maior pars agminis in magnam conuallem dimisisset: ex utraq; parte eius uallis subito se ostenderunt: nouissimosq; premere & primos prohibere ascensu atq; iniquissimo nostrorum loco prelium committere coeperunt. Tum demum titurcius qui nihil ante preuiderat trepidare & concursare cohortesq; disponere. hec tam ipsa timide atq; ut eum omnia deficere uideretur: qd plerūq; iis accidere consueuit: qui in ipso negotio consilium capere coguntur. Atq; cotta qui cogitasset hec posse in itinere accidere. Atq; obeam causā protectionis auctor non fuisse nulla in re communi saluti deerat: cohortandisq; militibus imperatoribus & in pugna militis officia prestabat. Cum propter longitudinem agminis minus facere oīa perse obire & quid quoquo loco faciendum esset providere possent. iusserunt pronunciari: ut impedimenta relinquerent atq; in orbem consisterent. Quod consilium & si in eiusmodi casu reprehendendum non est: tamen incommode accidit: nam & nostris militibus spem minuit: & hostes ad pugnandum alacriores effecit: quod non sine summo timore & desperatione id factum uidebatur: preterea accidit quod fieri necesse erat: ut uulgo milites ab ignis discederentur: quosq; quisq; eorum carissima haberet ab impedimentis petere atq; arripe-

Legio Romanorum maximo
est in periculo.

Trepidatio Titurij.

Fortitudo Cotte & summe
constantia animi in
tam magno periculo.

properaret: clamore & fletu omnia completerentur. Ac barbaris consilium non defuit: nam duces eorum tota acie pronunciari iusserunt: ne quis ab loco discederet. Illorum esse prædam: atq; illis seruari quoscunq; romani reliquissent: proinde omnia in uictoria existimaret. Erant & uirtute & numero pugnandi pares: nostri tamen si abduce & a fortuna deserebantur: tamē omnem spem salutis in uirtute ponebant: & quotiens quæq; cohors procurrebat: ab ea parte magnus nūus hostium cadebat. Qua re animaduersa ambiorix pronunciari iube ut procul tela conijcerent: neu propius accedant: & quam in partem romani impetum fecerit cedant leuitate armorum & quotidiana exercitatione nihil ijs noceri posse. Rursus se ad signa recipientes insequantur. Quo precepto ab ijs diligentissime obseruato: cum quæpiam prima cohors ex orbe excesserat: atq; impetum fecerat: hostes uelocissime fugiebant. Interim eam partem nudari necesse erat & ablatere apêto tela recipi. Rursus cum in eum locum unde erant egressi reuerti coeperant: & ab ijs qui cesserant: & ab ijs qui proximi steterant circūueniebantur. Si autem locum tenere uellent nec uirtuti locus relinquebatur neq; ab tãta multitudine coniecta tela confereti uitare poterat: tamen tot incommodis conflictati multis uulneribus acceptis resistebant. & magna parte diei consumpta: cum a prima luce ad horam octauam pugnaretur: nihil quod ipsis esset indignum committebat.

Titus baluetius traquilus occiditur.

Tum Tito baluetio qui superiore anno primum pilū duxerat uiro forti & magne auctoritatis utrinque

femur tragula traicitur. Quintus Lucanius eiusdem ordinis fortissime pugnans: dum circumuento filio subuenit, interficitur. Lucius Cotta legatus omnes cohortes ordinisque adhortans in aduersum os funda uulneratur. His rebus permotus Quintus Titurius cum procul Ambiorigem suos cohortantem conspexisset: interpretem suum Cneum Pompeium ad eum mittit rogatum ut sibi militibusque parcat. Ille appellatus respondit: si uelit secum colloqui licere sperare a multitudine sperare posse: quod ad militum salutem pertineat. Ipsi uero nihil nociturum iri: inque eam rem se suamque fidem interponere. Ille cum Cotta saucio communicat si uideatur pugna ut excedant: et cum Ambiorige una colloquantur sperare ab eo de sua ac militum salute impetrari posse. Cotta se ad armatum hostem iturum negat: atque in eo perseuerat. Sabinus quos in presentia tribunos militum circum se habebat: & primorum ordinum centuriones se sequi iubet: & cum propius ad Ambiorigem accessisset iussit arma abijcere. Imperatum facit: suisque ut idem faciant imperat. Interim dum de conditionibus inter se agunt longiorque consulto ab Ambiorige instituitur sermo paulatim circumuentus interficitur. Tum uero suo more uictoriam conclamant: atque ululatum tollunt: impetumque in nostros facto: ordines perturbant. Ibi Lucius Cotta pugnas interficitur cum magna parte militum: reliqui sese in castra recipiunt unde erant egressi. Ex quibus Lucius Petrosidius Aquilifer cum magna multitudine hostium premeretur: aquilam inter uallum

Occiditur Lucanius dum filio suo subuenit.

Cotta vis. fortissimus uulneratur.

Sabinus interficitur.

Cotta interficitur.

*Petrofidius pugnās p
castris occiditur.*

proiecit. Ipse pro castris fortissime pugnās occiditur. Alij
 egre ad noctem oppugnationem sustinent: noctu ad u-
 num omēs desperata salute se ipsi interficiunt. Pauci & pre-
 lio lapsi in certis itineribus per silvas ad Titum Labienū
 legatum in hiberna perueniunt: atq; eum de rebus ges-
 tis certiozem faciunt. Hac uictoria sublatu Ambio-
 rix statim cum equitatu in antuaticos qui erāt eiꝝ
 regno finitimi proficiscitur: neq; noctem neq; diem
 intermittit peditatum se sequi iubet. Re demonstra-
 ta: aduaticisq; concitatis: postero die in neruios perue-
 nit: hortaturq; ne sui imperpetuum liberandi atq;
 ulciscendi romanos pro ijs quas acceperint iniurijs
 occasionem dimittant: interfectos esse legatos duos:
 magnāq; partem exercitus interijisse demonstrat: ni-
 hil esse negocij subito oppressam legionem quem cum
 cicerone hiemet interficere se ad eandem rem profite-
 tur adiutorem. Facile hac oratione neruijs persua-
 det. Itaq; confestim dimissis nuncijs ad centrones:
 gerudios: Leuacos: pleumoxios: gerduinos: Qui omēs
 subeorum imperio sunt q̄ maximas manus possunt
 cogant: & de improviso ad ciceronis hiberna aduo-
 lāt. Non dum ad eum fama de titurij morte perla-
 ta huc quoq; accidit: quod fuit necesse ut non nul-
 li milites qui lignationis munitionisq; causa in sil-
 uas discessissent repentino equitum aduentu interci-
 perentur. Iis circūuentis magna manu eburones: ner-
 uij: aduatici: atq; horum omnium socij & clientes
 legionem oppugnare incipiunt: nostri celeriter ad ar-
 ma concurrunt: uallum conscendunt: egre iis dies
 sustentatur: qđ omēm spem hostes in celeritate pone-

Vlcifcor.

*Ambiorix infidus cice-
ro-
nis castra oppugnat.*

bant: atq; hanc adepti uictoriam imperpetuum se fore uictores confidebant. Mittuntur ad caesarem confestim ab cicerone littere: magnis propositis premijs si pertulissent obsessis omnibus uijs missi intercipiuntur. Noctu ex materia quam munitionis causa comportaerant: turres admodum centum xx. excitantur incredibili celeritate que deesse operi uidebantur perficiuntur. Hostes postero die multo maioribus coactis copijs castra oppugnant: fossam complent eadem ratione qua pridie ab nostris resistitur. hoc idem reliq; deinceps fit diebus nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur. non egris non uulneratis facultas quietis datur. Quaecumq; ad proximi diei oppugnationem opus sunt noctu comparantur. multae praestitae fudes: magnus muralium pilorum numerus instituitur: turres contabulantur pinnae loriceq; ex cratibus attexuntur. Ipe cicero cum tenuissima ualitudine esset: ne nocturnum sibi quidem tempus ad getem relinquebat: ut ultro militum concursu ac uocibus sibi parcere coeretur. Tunc principes ducesq; neruiorum qui aliquem sermonis aditum causaq; amicitie cum cicerone habebant colloqui sese uelle dicunt. Facta potestate eadem que Ambiorix cum Titurio egerat commemorat: omnem enim esse in armis galliam germanos rhenum transisse. Caesaris reliquorumq; hiberna oppugnari. Addunt etiam de sabini morte. Ambiorigem ostentant fidei faciende causa errare: tum eos dicunt si quicq; ab ijs praesidij sperent qui suis rebus diffidant: Sese tamen scire hoc esse in ciceronem populumq; eo. animo: ut nihil

Muralium pilorum.

Tenuissima ualitudine.

nisi hiberna recusent. Atque hanc inueterascerē consue-
tudinē nolint. licere illis incolumibus per se exhibe-
nis discedere: & quascunq; partes uelint sine metup-
ficisci. Cicero ad hęc unum modo respondit: non esse cō-
suetudinē populi rō. accipere ab hoste armato condi-
onem. Si ab armis discedere uelint: se adiutore utā-
tur: Legatosq; ad cesarem mittant sperare pro eius
iusticia quę petierint impetraturos. Ab hac spe repulsi
neruij uallo pedum nouem & fossa pedum xv. hiber-
na cingunt. Hęc & superiorum amorum consuetudi-
ne a nobis cognouerant: & quosdam de exercitu
habebant captiuos: ab ijs docebantur: sed nulla fer-
ramentorum copia utebantur quę esset ad hunc
usum idonea: gladijs cespites circūcidere: manibus
furculisq; terram exhaurire nitebantur. Qua quidē
ex re hominum multitudo cognosci potuit: nā mi-
nus horis tribus uallum milium pedum quindecim
in circuitu munitionem perfecerunt: reliquisq; die-
bus turres ad altitudinē ualli: falces: testudinesq;
quas ijsdem captiui docuerant parare ac facere coepe-
runt. Septimo oppugnationis die maximo cohor-
to uento feruentes fusili ex argilla glandes fundis &
feruefacta iacula in casas quę more gallico stramē-
tis erant tectae iacere coeperunt. & celeriter ignē
comprehenderunt: & uenti magnitudine in omēz
locum castrorum distulerunt. Hostes maximo cla-
more sicuti iam parta atq; explorata uictoria turres
testudinesq; agere & scalis uallum ascendere ceperūt.
At tanta militum uirtus: atq; ea presentia animi fuit:
ut cum ubiq; flāma torrerentur: maximāq; telorū

Respondit Cicero ad
neruios satis magna
nime.

La totum inferius.

D.

B.

G.

multitudine premerentur. suaq; omnia impedimen-
 ta atq; omnes fortunas conflagrare intelligerent nō
 modo demigrandi causa de uallo decederet nemo. sed
 penē ne respiceret quidem quisq;. Actum omnes acer-
 rime fortissimēq; pugnarent. Hic dies nostris longe
 grauissimus fuit: sed tamen hunc habuit euentum:
 ut eo die maximus numerus hostium uulneraret;
 atq; interficeretur: ut se sub ipō uallo constipauerāt:
 recessimq; primis ultimi non dabant. Paulum qui-
 dem intermissa flāma: & quodam loco turri adacta
 & contingente uallum: tertie cohortis centuriones
 ex eo quo stabant loco processerunt: suosq; omnes re-
 mouerunt: nutu uocibusq; hostes si introire uellent
 uocare ceperunt: quorum progredi ausus est nemo.
 Tunc ex omni parte lapidibus coniectis deturbati: tur-
 risq; succensa est. Erant in ea legione uiri fortissimi
 centuriones qui primis ordinibus appropinquarent
 Titus pullo & Lucius uorenius. Hi perpetuas inter se cō-
 trouersias habebant quinam anteferretur: omnibusq;
 omnis de locis summis simultatibusq; contendebant.
 Ex his pullo cum acerrime ad munitiones pugnaretur:
 quid dubitas inquit Vorene: aut quem locum tuae
 pro laude uirtutis spectas? Hic dies de nostris contro-
 uersijs iudicabit. Hoc cum dixisset: procedit ex castis:
 munitionemq; qua parte hostium conferatissima ē
 uisa irumpit: nec uorenius quidem sese uallo cō-
 tinet: sed omnium ueritus existimationem sub-
 sequitur. Tum mediocri spatio relicto pullo pilum
 in hostes immittit: atq; unum ex multitudine
 procurrentem traicit. Quo percusso & exauiato. hūc

Animose factum.

*Duorum aiosa & gloria
 sa contentio pulloij
 scilicet & Voreni.*

L. V.
scutis protegunt: in hostem tela conuersi coniciunt:
neq; dant regrediendi facultatem. Transfigitur scutu
pulloni. & uerutum in balteo defigitur. Auertit huic
casus uaginam & gladium educere conantis dextra
moratur manum: impeditumq; hostes circūstunt.
Succurrit inimicus illi uorenius & laboranti subueit.
Adhunc se confestim a pullone omnis multitudo co-
uertit. Illic uero occurrit: ocius gladio cominus rem-
gerit uorenius: atq; uno interfecto reliquos paulum
propellit. Dum cupidius instat: in locum deiectus
inferiorem concidit. Huic rursus circūuento fert
subsidiū pullo. Atq; ambo incolumes compluribus
interfectis: summa cum laude se se intra munitioes
recipiunt. Sic fortuna in contentione & certamine
utrumq; seruauit: ut alter alteri inimicus auxilio sa-
lutiq; esset: neq; diiudicari posset: uter utri uirtute
anteferendus uideretur. Quanto erat in dies grauior
atq; asperior oppugnatio: & maxime quod magna pa-
te militum confecta uulneribus res ad paucitatem
defensorum peruenerat: tanto crebriores littere nun-
cijq; ad caesarem mitterentur. Quorum pars deprehe-
sa in conspectu nostrorum militum cum cruciatu ne-
cabantur. Erat unus intus neruios nomine ueraco
loco natus honesto: qui prima obsidione ad cicerone
perfugerat: suamq; ei fidem prestiterat. Huius seruo
spe libertatis: magnisq; persuadet premijs: ut litteras ad
caesarem deferat: has ille in iaculo illigatas effert: et
gallus inter gallos sine ulla suspicionē uersatus ad ce-
sarem peruenit. Ab eo de periculis ciceronis legionisq;
cognoscitur. Caesar acceptis litteris hora circiter XI.

diei statim nuncium in bellouagos ad Marcum cras-
sum questorem mittit: Cuius hiberna aberat ab
eo milia passuum xxv. lubet media nocte legionem
proficisci celeriterq; ad se uenire. Exit cum nuncio cras-
sus alterum ad Caium Fabium legatum mittit ut i
atrebatum fines legionem adducat. Qua sibi sit iter
faciendum scribit Labieno si rei pu. comodo facere pos-
set cum legione ad fines neruiorum ueniat. Reliqua
partem exercitus quod paulo aberat longius no pu-
tat expectandam. Equites circiter quadringentos
ex proximis hibernis colligit. hora circiter tertia
ab antecursoribus de crassi aduentu certior factus
eo die milia passuum xx. procedit. Crassum Sama-
robrine praeficit: legionemq; attribuit: quod ibi im-
pedimenta exercitus: obsides ciuitatum: litteras pu-
blicas frumentumq; omne quod eo tolerande hie-
mis causa deuexerat relinquebat. Fabius ut impa-
tum erat non iam multum moratus in itinere
cum legionibus occurrit. Labienus interitu Sabi-
ni. & cede cohortium cognita: cum omnes ad eu
treuerorum copis peruenissent: ueritus ne ex hi-
bernis fuge similem profectionem fecisset: ut ho-
stium impetum sustinere non posset praefectim
quos recenti uictoria efferris scire: litteras caesari
dimittit: quanto cum periculo legionem exhibe-
nis educturus esset. Rem gestam in eburonibus
perscribit. Docet omnes peditatus equitatusque
copias treuerorum tria milia passuum longe ab
suis castris consedisse. Cesare consilio eius probato:
& si opinione trium legionum deiectus ad duas

Antecursores.



redierat: tamen unum communis salutis auxilium
 in celeritate ponebat. Venit magnis itineribus
 in neruiorum fines. Ibi ex captiuis cognoscit que
 apud Ciceronem gerantur: quantoq; in periculo res
 sit. Tum cuiusdam ex equitibus gallis magnis premijs
 persuadet: ut ad Ciceronem epistolam deferat. Hanc
 grecis conscriptam litteris mittit: ne intercepta epis-
 tola nostra ab hostibus consilia cognoscantur si adi-
 re non possit. Monet ut tragulam cum epistola
 ad amentum deligato intra munitionem castro-
 rum abijciat. In litteris scribit se cum legionibus
 profectum celeriter affore: hortatur ut pristinam
 uirtutem retineat. Gallus periculum ueritus ut
 erat preceptum tragulam mittit. Hec casu ad tur-
 rim adhesit: neq; a nostris biduo animaduersa. ter-
 tio die a quodam milite conspicitur: dempta ad
 Ciceronem defertur. Ille perlectam in conuentu
 militum recitat: maximaq; omnes leticia affecit.
 Tum fumi incendiiorum procul uidebantur: que res
 omnem dubitationem aduentus legionum expu-
 lit. Gallici re cognita per exploratores obsidionem
 relinquunt. Ad cesarem omnibus copijs conten-
 dunt. Ee erant armatorum circiter milia Lx.
 Cicero data facultate gallum ab eodem uericone
 quem supra demonstrauius referit: qui litteras
 ad cesarem deferat. Hunc admonet: iter caute
 diligenterq; faciat. Prescribit in litteris hostes ab
 se discessisse: omnemq; ad eum multitudinem
 conuertisse. Quibus litteris circiter media nocte
 cesar allatis suos facit certiores eosq; ad dimi-

C. uenit in auxilium
 Ciceroni.

Tragula.



candum animo confirmauit. Postera die luce prima mouet castra: & circiter milia passuum quattuor progressus transuallem & riuum multitudinem hostium conspicatur. Erat magni periculi res tantulis copijs iniquo loco dimicare: tamen quoniam obsidione liberatum Ciceronem sciebat equo animo remittendum de celeritate existimabat. confedit & q̄ equissimo loco potest castra communit. Atq; hec & si erant exigua per se uix hominum milia septem presertim nullis cū impedimentis tamen angustijs uiarum q̄ maxime potest contrahit: eo consilio ut in summam contentionem hostibus ueniat. Interim speculatoribus tones partes dimissis explorat quo commodissime itinere ualles transire possit. eo die paruulis equestribus prelijs ad aquam factis utriq; se se suo loco continent. Galli quod ampliores copias que non dum conuenerāt expectabant. Cesar si forte timoris simulatione hostes in suum locum elicere posset: ut citra uallem pro castris prelio contenderet: si id efficere non possit ut exploratis itineribus minori cum periculo uallem riuumq; transiret. Prima luce hostium equitatus ad castra accedit: preliumq; cum nostris equitibus committit. Cesar consulto equites cedere seseq; in castra recipere iubet. Simul omnibus ex partibus castra altiore uallo muniti portasq; obstruit: atq; ijs administrandis rebus q̄ maxime concurrari & cum simulatione timoris agi iubet. Quibus omnibus rebus hostes inuitati copias traducunt aciemq; iniquo loco constituunt. Nostris etiam de uallo deductis propius accedunt: & tela intra munitio-

Paruulis prelijs.

Nota totum.

nem ex omnibus partibus conijciunt: preconibusq; circummissis pronunciarī iubent: seu quis gallus. seu quis romanus uelit ante horam tertiam ad se transire sine periculo licere post id tempus non fore potestatem: ac sic nostros contempserunt ut obstructis in speciem portis singulis ordinibus cespitum quod eas non posse introrumpere uidebantur. Alij uallum manu conscendere: Alij fossas complere inciperent. Tum cesar omnibus portis eruptione facta equitatuq; emisso celeriter hostes in fugam dat: sicuti omnino pugnandi causa resisteret nemo: magnumq; ex eis numerum occidit: atq; omnes armis exiit longius persequi ueritus: qd silus paludesq; intercedebant. Neq; etiam in paruulo detrimento illum locum relinquere uidebat omnibus suis incolumibus copijs eodem die ad ciceronem peruenit: institutas turres: testudines: munitionesq; hostium admiratur: legione producta cognoscit non decimum quencq; esse reliquum militum sine uulnere: exijs iudicat omnibus rebus quanto cum periculo & quanta cum uirtute res sint administratz: Ciceronem pro eius merito legionemq; collaudat: ceterationes sigillatim tribunosq; militum appellat: quorum egregiam fuisse uirtutem testimonio ciceronis cognouerat. De casu sabini & cotte certius ex captiuis cognoscit. Postero die contione habita rem gestam exponit: milites consolatur & confirmat: quod detrimentum culpa & temeritate legati sit acceptum. Hoc equiore animo ferendum docet: quod beneficio deorum immortalium: & uirtute eorum expiato in commodo: neq; hostibus diutina letitia neque ipsius

Fugantur galli à .c.

Longior dolor relinquatur. Interim ad Labienum per
remos incredibili celeritate de uictoria Cæsaris fama
perfertur: ut cum ab hibernis Ciceronis milia passuum
abesset circiter Lx: eoq; post horam nonam diei Cæsar
peruenisset: ante mediam noctem ad portas castrorū
clamor oriretur. Quo clamore significatio uictoriæ gra-
tulatioq; ab remis Labieno fieret. Hac fama ad treueros
perlata: Indutiomarus qui postero die castra Labieni
oppugnare decreuerat: noctu perfugit: copiasq; omnes
intreueros reducit. Cæsar Fabium cum sua legione
remittit in hiberna. Ipse cum tribus legionibus circū
samarobrinam trinīs hibernis hiemare constituit:
& quod tanti motus galliæ extiterant per totam hie-
mem ipse ad exercitum manere decreuit. Nam illo t-
commodo de sabini morte perlato: omnes ferē galliæ
ciuitates de bello consultabant: nuntios legationesq;
in omnes partes dimittebant: & quid reliqui consilij
caperent atq; unde initium belli fieret explorabāt. noc-
turnaq; in locis desertis concilia habebant neq; ullum
ferē totius hiemis tempus sine sollicitudine Cæsaris
intercessit quin aliquem de consilijs ac motu gallorū
nuntium acciperet. In ijs Ablucio roscio questore quē
legioni tertiedecimę prefecerat: certior factus est: ma-
gnas gallorum copias earum ciuitatum quę armoricæ
appellantur oppugnandi sui causa conuenisse: neq; lon-
gius passuum milibus octo ab hibernis suis constitisse.
Sed nuntio allato de uictoria Cæsaris discessisse adeo ut
fuge similis discessus uideretur. At Cæsar principibus
cuiusq; ciuitatis ad se uocatis: alias territando cum
se scire quę fierent: alias cohortando denunciaaret,

magnam partem galliæ in officio tenuit. Tamen Seno-
 nes que est ciuitas iprimis firma & magne inter gal-
 los auctoritate Cauarinum quem cesar apud eos re-
 gem constituerat: cuius frater moritasgus aduentu
 in galliam cesaris: cuiusq; maiores regnum obtinuerat
 interficere publico consilio conati sunt. Cum ille pre-
 sensisset ac profugisset: usq; ad fines insecuti: regno do-
 moq; expulerunt: & missis ad cesarem latissacendi
 causa legatis: cum is ad se omnem senatum uenire
 iussisset: dicto audientes non fuerunt: tantu apud
 homines barbaros ualuit esse aliquos repectos pnci-
 pes inferendi belli: tantamq; omibus uoluntatum co-
 mutationem attulit: ut preter heduos & remos quos
 precipuo semper honore cesar habuit. Alteros pro ue-
 tere ac perpetua populi ro. fide: alteros pro recentibus
 gallici belli officijs: nulla fere ciuitas fuerit suspecta
 nobis. Idq; adeo haud scio mirandum ne sit: cum co-
 pluribus alijs de causis: tum maxime quod is qui ui-
 tute belli omnibus gentibus prefebantur tantu
 se eius opinionis deperdidisse: ut ea populi ro. impia
 perferrent grauissime dolerent. Treueri uero atque
 induciomarus totius hiemis nullum tempus inter-
 miserunt: quin trans rhenum legatos mitteret: ciui-
 tates sollicitarent: pecunias pollicitarentur: magna
 parte exercitus nostri confecto: multo minorem su-
 peresse dicerent partem. Neq; tamen ulli ciuitati
 germanorum persuaderi potuit: ut rhenum transi-
 ret: cum se bis expertos dicerent: Arriousti bello & theu-
 terorum transitu non esse amplius fortunam temp-
 turos. Hac spe lapsus induciomarus nihilominus

copias cogere: exercere: a finitimis equos parare: ex-
 les damnatosq; tota gallia magnis premijs ad se allice-
 coepit: ac tantam sibi iam iis rebus in galliam aucto-
 ritatem compauerat ut undiq; ad eum legiones con-
 currerent: gratiam atq; amicitiam publice priuatq;
 peterent. Vbi intellexit ultro ad se ueniri altera ex
 parte senones carnutesq; conscientia facinoris insti-
 gatos: altera neruios aduaticosq; bellum romanis
 parare: neq; sibi uoluntariorum copias defore: si ex
 finibus suis progredi coepisset armatum conciliū
 indicit. Hoc more galloꝝ initium est bellorum
 quo lege communi omnes puberes & armati conueni-
 re consueꝝunt. Qui ex iis nouissimus conuenit ī
 conspectu multitudinis omnibus cruciatibus affectu
 necatur. In eo concilio Cingetorigem alterius prin-
 cipem factionis generum suum quem supra demos-
 trauiꝝmus Cesaris secutum fidem ab eo non discessisse
 hostem iudicat bonaq; eius publicat. His rebus cofec-
 tis in concilio pronuntiat accersitum se a senonibus
 & carnutibus alijsq; compluribus galliæ ciuitatibus
 huc iturum per fines remorum eorumq; agros popu-
 laturum: ac priusq; id faciat castra labieni oppugna-
 turum queque fieri uelit precipit. Labienus cū &
 loci natura & manu munitissimis castris sese tene-
 ret: de suo ac legionis periculo nihil timebat: sed ne-
 quam occasionem rei bene gerende dimitteret cogi-
 tabat. Itaq; a Cingetorige atq; eius propinquis ora-
 tione induciomari cognita quam in concilio habue-
 rat nuntios mittit ad finitimas ciuitates equitesq;
 undiq; euocat: iis certum diem conueniēdi dicit.

Labienus.

Interim prope quotidie cum omni equitatu Indu-
 marus sub castris eius uagabatur: alias ut situm castro-
 rum cognosceret. Alias colloquendi aut territandi causa
 equites plerunq; omnes tela intra uallum coniciebat.
 Labienus suos intra munitionem continebat: timorisq;
 opinionem quibuscunq; poterat rebus augebat cum
 maiore in dies contentione Inducomarus ad castra
 accederet: nocte una intromissis equitibus omniu
 finitimarum ciuitatum quos accersendos curauerat:
 tanta diligentia omnes suos custodijs t^a castra conti-
 nuit: ut nulla ratione ea res enunciari aut ad tre-
 ueros perferri posset. Interim ex consuetudine quo-
 tidiana Inducomarus ad castra accedit: atq; ibi
 magnam partem diei consumit: equites tela coni-
 ciunt: & magna cum contumelia uerborum nos-
 tros ad pugnam euocant. Hollo ab nostris dato respō-
 so ubi uisum est sub uesperum dispersi ac dissipati dis-
 cedunt. Subito Labienus duabus portis omnem eq-
 tatum emittit precipit atq; interdicit perterritis
 hostibus atque infugam coniectis quod fore sicut
 accidit uidebat unum omnes peterent Indu-
 comarum: neu quenq; prius uulnerent q̄ illum iter-
 lectum uiderent. Quod mora reliquorum spatiū
 nactum illum effugere nolebat: magna proponit
 ijs qui occiderint premia: summittit cohortes eq-
 tibus subsidio: comprobatur hominis consilium fortu-
 na: & cum unum omnes peterent: in ipso fluminis
 uado deprehensus Inducomarus interficitur: ca-
 putq; eius refertur in castra redeuntes equites quos
 possunt consecrantur atq; occidunt. Hac re cognita

Euocant.

*Inducomarus inter-
 ficitur.*

omnes eburonum & neruionum quae conuenerat
 copiae discedunt: Pauloque habuit post id factum
 caesar quietiorem galliam;

COMMENTARIORVM · C · IULII CAESARIS DE BELLO
 GALLICO LIBER SEXTVS INCIPIT · IULIVS CELSVS

CONSTANTINVS VR CLARVS EMENDAVIT:

ULTIS DE CAVSIS CAESAR MAIOREM GALLIAE
 motum expectans per Marcum Sillanum
 & Caium antistium reginum Titum sexti-
 um Legatos delectum habere instituit simul ab CH. po-
 peio proconsule petit: quoniam ipse ad urbem cū im-
 perio rei pu. causa remaneret: quos ex cisalpina gallia
 consulis sacramento rogauisset ad signa conuenire &
 ad se proficisci iuberet: magni interesse etiam in re-
 liquum tempus ad opinionem galliae existimans tā-
 tas uideri italiae facultates: ut si quid esset in bello de-
 trimenti acceptum: non modo id breui tempore resar-
 ciri: sed etiam maioribus augeri copijs posset. Quod
 cum pompeius & rei pu. & amicitiae tribuisset: cele-
 riter confectis per suos delectibus tribus ante exac-
 tam hiemem & constitutis & adductis Legionibus
 duplicatoq; earum cohortium numero: quas cum qui-
 to titurio amiserat: & celeritate & copijs docuit quid po-
 puli ro. disciplina atq; opes possent. Interfecto induci-
 omaro ut docuimus: ad eius propinquos a treueris
 imperium defertur. Illi finitimos germanos sollicita-
 re ac pecuniam polliceri non desunt: cum a pro-
 ximis impetrare non possent ulteriores temptant.
 Inuentis nonnullis ciuitatibus iureiurando inter
 se confirmant: obsidibusq; & pecunia cauent. Am-

Cauent.

biorigem sibi & societate & foedere adiungunt. Quibus rebus cognitis cesar cum undiq; bellum parari uideret: neruios aduaticos: & menapios adiunctis eis rhenanis esse in armis. Senones ad imperatum non uenire: & cum carnutibus finitimis ciuitatibus consilia communicare: a treueris germanos crebris legationibus sollicitari maturius sibi de bello cogitandum putauit. Itaq; non dum hieme confecta: proximis quattuor Legionibus coactis: de improviso in fines neruiorum contendit: & priusq; illi aut conuenire aut profugere possent: magno pecoris atq; hominum numero capto: atq; ea preda militibus concessa uastatisq; agris in deditionem uenire: atq; sibi obsides dare coepit. Eo celeriter confecto negocio: rursus in hiberna Legiones reduxit. Concilio gallie primo uere ut instituerat in dicto: cum reliqui praeter senones: carnutes: treuerosq; uenissent: initium belli ac defectionis hoc esse arbitratus: ut omnia postponere uideretur: concilium in lutetiam parisiensium transfert. Confines erant hi senonibus: ciuitatemq; patrum memoria conuinxerant sed ab hoc consilio abuisse existimabantur. Hac re pro suggestu pronuntiata: eodem die cum legionibus in senones proficiscitur: magnisq; itineribus eo peruenit. Cognito eius aduentu Acico qui princeps eius consilij fuerat: iube in opida multitudinem conuenire conantibus priusq; id effici posset: adesse romanos nunciatus: necessario: sententia desistunt: legatosq; deprecandi causa ad cesarem mittunt: per heduos quorum antiquitus erat infide ciuitas libenter cesar.

Cisrhenanis.

Cesar in neruios it.

Pacisq.

Deprecandi.

petentibus heduis dat ueniam: excusationemq; acci-
 pit: quod estiuum tempus instantis belli non questio-
 nis esse arbitrabatur. obsidibus imperatis centū hos
 heduis custodiendos tradidit. Eodem Carnutes lega-
 tos obsidesq; mittunt: usi deprecatoribus remis quo-
 rum erant in clientela eadem ferunt responsa: pera-
 git consilium cesar: equitesq; imperat ciuitatibus.
 Hac parte gallia pacata: totus & mente & animo ī bel-
 lum treuerorum & ambiorigis insisit. Cauarinum
 cum equitatu senonum secum proficisci iubet ne q; s
 aut ex huius iracundia: aut ex eo quod metuerat o-
 dio ciuitatum motus oriretur. His rebus constitutis
 quod pro explorato habebat ambiorigem prelio non
 esse concertaturum. Reliqua eius consilia animo cir-
 cūspiciebat: erant menapij propinqui qui eburonū
 finibus perpetuis paludibus siluisq; muniti: qui uni
 ex gallia de pace ad cesarem legatos nunq; miserāt:
 cum iis esse hospitium ambiorigi sciebat. Item per
 treueros uenisse germanos in amicitiam cognouerat.
 Haec prius illi detrahenda auxilia existimabat: q̄ ipm
 bello laceret: ne desperata salute aut se in menapi-
 os abderet: aut cum transrhenanis congregi cogere-
 tur. Hoc inuito consilio totius exercitus impedimen-
 ta ad labienum in treueros mittit: duasq; legiones
 ad eum proficisci iubet. Ipse cum legionibus expedi-
 tis quinq; in menapios proficiscitur. Illi nulla coac-
 ta manu loci presidio freti in siluas paludesq; confu-
 giunt: suaq; eodem conferunt. Cesar patitis copiis
 cum gallo fabio legato: & m. crasso questore: celeriterq;
 effectis pontibus adiit tripartito exercitu: edificia ui-

Transrhenanis.

colq; incendit magno pecoris atq; hominum numero
 potitur. Quibus rebus coacti menapij legatos ad eum
 pacis petende causa mittunt. Ille obsidibus acceptis
 hostium se habiturū numero confirmat: si aut ambiorige
 aut eius legatos finibus suis recepissent. His confirma-
 tis rebus comium atrebatem cum equitatu custodis
 loco in menapijs relinquit: ipse in treueros proficiscitur.
 Dum hec a cesare geruntur: treueri magnis coactis pedi-
 tatus equitatusq; copijs Labienum cum una legione q̄
 in eorū finibus hiernaauerat: adhoriri parabant. Iāq;
 ab eo non longius bidui uia aberant cum duas uer-
 se legionesq; missu cesaris cognoscunt. positis castris ab
 eo milibus passuum xv. auxilia germanorum expecta-
 re constituunt. Labienus hostium cognito consilio spe-
 rans temeritate eorum fore aliquam dimicandi fa-
 cultatem: presidio quinque cohortium impedimentis
 relicto cum xxv. cohortibus magnosq; equitatu cōtra
 hostem proficiscitur: & mille passuum intermisso
 spatio castra communit. Erat inter Labienum atq;
 hostem difficili transitu flumen ripisq; preruptis. Hoc
 neq; ipse transire habebat in animo: neq; hostes tra-
 situros existimabat: augebatur auxiliorum quotidie
 spes. Loquitur in consilio palam: quoniam germa-
 nia appropinquare dicantur: sese suas exercitusque
 fortunas in dubium non deuocaturum: & postero die
 prima luce castra moturum. Celeriter hec ad hostes
 deferuntur: ut ex magno galloꝝ equitum nume-
 ro non nullos gallos gallicis rebus fauere natura
 cogebat. Labienus noctu tribunis militum pri-
 misq; ordinibus conuocatis quid sui sit consilij pro-

Bidui uia.

Missu.

Nota sequentia.

inueniuntur

ponit: & quo facilius hostibus timoris det suspitionē
 maiore strepitu & tumultu q̄ populi ro. fert consue-
 tudo castra moueri iubet. His rebus fugę simulē pro-
 fectionem efficit. Hęc quoq; per exploratores ante lu-
 cem in tanta propinquitate castrorum ad hostes
 deferuntur. Vix agmen notissimum extra munitio-
 nes processerat: cum galli cohortati inter se ne spera-
 tam prędam ex manibus dimitterent. Lōgum esse
 perterritis romanis germanorum auxilia expecta-
 re: neq; suam pati dignitatem: ut tantis copijs tam
 exiguam manum presertim fugientem atq; impeditā
 adoriri non audeant flumen transire: & iniquo lo-
 co committere p̄lium non dubitant que fore sus-
 picatus Labienus: ut omnes citra flumen eliceret.
 Eadem usus simulatione itimeris placide progredie-
 batur. Tum premillis paululum impedimentis: atq;
 in tumulto quodam collocatis: habetis inquit milites
 quam petistis facultatem hostem impedito atq; iniq̄
 loco tenetis. Prestate nobis eandem ducibus uirtu-
 tem: quam sepe numero imperatori prestitistis: atq;
 illum adesse: & hoc coram cernere existimate. Simt
 signa ad hostem conuertit: aciemq; adiri iubet: & pau-
 cis turmis presidio ad impedimenta demissis: reli-
 quos equites ad latera disponit: celeriter nostri cla-
 more sublato: pila in hostes imittunt. Illi ubi preter
 spem quos fugere credebant: Infestis signis ad se-
 ire uiderunt: impetum modo ferre non potuerunt:
 ac primo concursu in fugam coniecti: proximas sil-
 uas petierunt. Quos Labienus equitatu confectatq;
 numero magno interfecto: compluribusq; captis:

Incipitur p̄liū inter
 gallos & romanos.

LABIENVS.
 Finitur.

paucis post diebus ciuitatem recepit. Nam germani
 qui auxilio ueniebant percepta treuerorum fuga sese
 domum receperunt. Cum his propinqui Inditioma-
 ri qui defectionis auctores fuerant comitati eos ex
 ciuitate excesserunt. Cingetorigi quem ab initio per-
 mansisse in officio demonstrauimus principatus atq;
 imperium est traditum. Cesar postq; ex menapijs in
 treueros uenit: duabus de causis rhenum transire
 constituit: Quarum una erat: quod auxilia contra
 se treueris miserant. Altera ne ad eos ambiorix recep-
 tum haberet. His constitutis rebus: paulum supra eum
 locum quo ante exercitum transduxerat facere po-
 tem instituit. Nota atq; instituta ratione magno mi-
 litum studio paucis diebus opus efficitur firmo in
 treueris ad pontem presidio relicto: ne quis ab iis subi-
 to motus oriretur: reliquas copias equitatumque
 traducit. Vbi qui ante obsides dederant atq; in dedi-
 tionem uenerant: purgandi sui causa ad eum lega-
 tos mittunt: qui doceant neq; auxilia de sua ciuita-
 te in treueros missa: neq; a se fidem lesam: petunt atq;
 orant ut sibi parcat: ne communi odio germano-
 rum innocentes pro nocentibus poenas pendant.
 Si amplius obsides uellet dare pollicentur. Cognita
 cesar causa: reperit a sueuis auxilia missa esse. Vbio-
 rum satisfactionem accepit: aditus uiasq; in sueuos
 perquirat. Interim paucis post diebus fit ab ab ubijs
 certior sueuos omnes in unum locum copias coge-
 re atq; iis nationibus que sub eorum sint imperio
 denunciare ut auxilia peditatus equitatusq; mit-
 tant. His cognitis rebus rem frumentariam pro-

COMITATI.

CAESAR.

Fit pons itere in rheno.

uidet: castris idoneum locum deligit. Vbius imperat pe-
 cora ut ducant suaq; omnia ex agris inopita confe-
 rant: sperans barbaros atq; imperitos homines inopia
 cibariorum adductos ad iniquam pugnandi conditio-
 nem posse deduci: mandat ut crebros exploratores
 insueuos mittant quosq; apud eos gerantur cognoscant.
 Illi imperata faciunt: & paucis diebus intermissis re-
 fertur sueuos omnes postea q; certiores nuncij de exe-
 citu romanorum uenerint cum omnibus suis so-
 ciorumq; copijs quas coegissent penitus ad extremos
 fines se recepisse: siluam esse ibi infinita magnitu-
 dine que appellatur bacenis: ac longe introitus per-
 tinere: & pronatio muro obiectam cheruscos a sue-
 uis: sueuosq; a cheruscis iniurijs incursionibusq; prohi-
 bere: ad eius initium silue sueuos aduentum roma-
 norum expectare constituisse. Quoniam ad huc lo-
 cum peruentum est: non alienum esse uidetur: de
 gallis germaniq; moribus: & quomodo differant
 es nationes inter se proponere. In gallia non solum
 in omnibus ciuitatibus atq; in omnibus pagis par-
 tibusq; sed pene etiam in singulis domibus factiones
 sunt: earumq; autem factionum principes sunt q;
 auctoritatem eorum iudicio habere existimantur:
 quorum arbitrium iudiciumq; summa omnium
 rerum consiliorumq; redeat. Itaq; eius rei causa an-
 tiquitus institutum uidetur: ne quis ex plebe contra
 potentiozem auxilij egeret: suos enim quisq; opprimi
 & circūueniri non patiuntur: neq; aliter si faciat
 ullam inter suos habet auctoritatem. Hec eadē
 ratio est in summa totius gallie: namq; omnes

MANDAT.

Silua ingenti magni-
 tudine que dicitur
 Bacenis.
 Natiuus.

De moribus gallie &
 germanie.

ciuitates in partes diuise sunt duas. Cum cesar in gal-
 liam uenit alterius factionis principes erant hedui.
 alterius sequani. Hi cum per se minus ualerent: quod
 summa auctoritas antiquitus erat in heduis: magne-
 q; eorum erant clientele germanos & aruorustū sibi
 adiunxerant: eosq; ad se magnis iacturis pollicitationi-
 busq; perduxerant. Prelijs uero compluribus factis secu-
 dis: atq; omni nobilitate heduorum interfecta tantū
 potentia antecesserant: ut magnam partem clien-
 tum ab heduis ad se traducerent: obsidesq; ab eis prin-
 cipum filios acciperent: & publice iurare cogere-
 nt nihil se contra sequanos consilij inituros: & partem
 finitimi agri per uim occupatam possiderent: gallisq;
 totius principatum obtinerent. Qua necessitate ad-
 ductus diuuiaticus auxiliij petendi causa romā ad
 senatum profectus imperfecta se redierat: aduen-
 tu cesaris facta commutatione rerum obsidibus hedu-
 is redditis ueteribus clientelis restitutis: nouis per
 cesarem comparatis: quod ij qui se ad eorum ami-
 citiam aggregauerant: meliore conditione atq; ego-
 re imperio se uti uidebant. Reliquis rebus eorum
 gratia dignitateq; amplificata sequani principatū
 dimiserant: & in eorum locum ueni successerant.
 Quos quod ad equare apud cesarem gratia intellige-
 batur: ij qui propter ueteres inimicitias nullo
 modo cum heduis coniungi poterant se remis i cli-
 entelam dederunt. Hos illi diligenter tuebantur:
 ita & nouam & repente collectam auctoritatem
 tenebant. Eo tum statu res erat: ut longe princi-
 pes haberentur hedui secundum locum dignitatis

remi obtinerent. In omni gallia eorum hominum qui aliquo sunt numero atq; honore genera sunt duo: nā penē plebs seruatorum habetur. Locosq; nihil habet per se nulli adhibetur consilio. Pleriq; cum aut ere alieno aut magnitudine tributorū aut iniuria potentiorū premuntur. sese in seruitutem dicant nobilibus. In hos eadem omnia sunt iura quę dominis in seruos. Sed de his duobus generibus alterum est druidū alterum equitum. Illi rebus diuinis intersunt: sacrificia publica ac priuata procurant: religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus discipline causa incurrit: magnosq; si sunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controuersijs publicis priuatisq; constituunt: & si quod est admissum facinus: si cedes facta: si de hereditate: de finibus controuersia est idem discernunt premia pœnasq; constituunt. Siquis aut priuatus aut publicus eorum decreto non steterit sacrificijs: interdiciunt: hæc pœna apud eos est grauissima. Quibus ita est interdictum: in numero impiorum ac sceleratorum habentur. His omnes decedunt: aditum sermonemq; defugiunt: ne quid ex contagione incommodi accipiant: neq; iis petentibus ius redditur: neq; honos ullus communicatur. His autē omnibus druidibus præest unus qui sumam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo: aut si quis ex reliquis excellit dignitate succedit. At si sunt plures pares suffragio druidum non nunq; etiam armis de principatu contendunt. Hi certo anni tempore ifinibus carnutum: quę regio totius gallię media habet: confidunt in loco consecrato. Huc omnes undiq; qui

DRUIDES.

EQUITES.

Sacrificijs interdiciunt.

Hæc

Consecrato.

Disciplina Britanorum
etiam antiquitas.

VACATIONEM

controuersias habent conueniunt: eorumque decretis iudiciisque parent. Disciplina in britania reperta: atque inde in galliam translata esse existimatur. & nunc qui diligentius eam rem cognoscere uolunt: plerumque illo discendi causa proficiscuntur. Druides ab bello abesse consueverunt: neque tributa una cum reliquis pendunt militis uacationem: omniumque rerum habent immunitatem. Tantis exercitati premijs & sua sponte multi in disciplinam conueniunt: & a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi numerum uersuum ediscere dicuntur. Itaque annos nonnulli xx. in disciplina permanent: neque fas esse existimant ea litteris mandare: cum in reliquis fere rebus publicis priuatisque rationibus grecis litteris utantur. Id mihi duabus de causis instituisse uidentur: quod neque in uulgum disciplinam efferri uelint: neque eos qui discunt litteris confisos minus memorie studere: quod fere plerisque accidit: ut presidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. Imprimis hoc uolunt persuadere non interire animas: sed ab alijs post mortem transire in alios: atque hoc maxime ad uirtutem excitari putant: metu mortis neglecto. Multa preterea de sideribus atque eorum motibus: de mundi ac terrarum magnitudine: de rerum natura: de deorum immortalium ui ac potestate disputant & iuuentuti tradunt. Alterum genus est equitum: licet cum est usus atque aliquod bellum accidit: quod fere ante cesaris aduentum quot annis accidere solebat: uti aut ipsi iniurias inferrent: aut illatas propulsarent omnes in bello uersantur: atque eorum

NOTA DE ANIMA.

EQUITES.

ut quisq; est genere copijs amplissimus: ita plurimos
 circum se ambactos clienteq; habet. Hanc unam gra-
 tiam potentiamq; nouerunt: natio est omnium gal-
 lorum admodum dedita religionibus: atq; obeā cau-
 sam qui sunt affecti grauioribus morbis: quiq; in pre-
 lijs periculisq; uersantur: aut pro uictimis homines
 immolant: aut se imolaturus uouent: atq; minis-
 tris ad ea sacrificia druidibus utuntur: quod prou-
 ta hominis non nisi uita hominis reddatur: non pos-
 se deorum immortalium numen placari arbitra-
 tur: publiceq; eiusdem generis habent instituta sacrificia.
 Alii immani magnitudine simulachra habent: Quorum
 contexta uiminibus membra uiuis hominibus com-
 plent: quibus succensis circūuenti flama exanima-
 tur homines. Supplicia eorum qui infurto aut inla-
 trocinio: aut aliqua noxa sit comprehensi: gratio-
 ra diis immortalibus esse arbitrantur. Sed cum eius
 generis copia defecit: & ad innocentium supplicia
 descendunt. Deum maxime mercurium colūt. Huic
 sunt plurima simulachra: hunc omnium inuen-
 torem artium ferunt: hunc uiarum atq; itinerū
 ducem: hunc ad questus pecunie mercaturāque
 habere uim maximam arbitrabantur. Post hunc
 apollinem & martem & iouem & mineruam. De
 iis eandem fere quam relique gentes habent opini-
 onem morbos repellere dicunt: mineruam operū
 atq; artificiorum initia tradere: iouem imperium
 celestium tenere: Martem bella gerere. Huic cū pre-
 lio dimicare constituerunt: ea que bello ceperint: ple-
 rinq; deuouent que superauerint: animalia capta

R E LIGIO.

N O X A.

MERCURIUS.

MERCATURA.

D EVOVENT.

immolant reliquasque res in unum locum conferunt. Multis in ciuitatibus harum rerum extructos tumulos locis consecratis conspici licet. Atque ut saepe accidit: ut neglecta quispiam religione: aut capta apud se occulta re aut posita tollere audent: grauissimumque rei supplicium cum cruciatu constitutum Galli se omnes abdyte patre prognatos predicant: idque ab druidibus proditum dicunt. Ob eam causam spatia omnis temporis non numero dierum sed noctium finiunt: dies natales & mensium & annorum initia sic obseruant: ut noctem dies subsequatur. In reliquis uitae institutis hoc fere ab reliquis differunt: quod suos liberos nisi cum adoleuerint ut munus militiae sustinere possint: palam ad se adire non patiuntur: filiumque puerili etate in publico conspectu patris assistere turpe ducunt. Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperint: tantas ex suis bonis extimatione facta cum dotibus communicant. Huius omnis pecuniae conuinctim ratio habetur: fructusque seruantur: uter eorum uita superauerit ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum aduenit. Viri in uxores sicuti in liberos uitae necisque habent potestatem. Et cum pater familiae illustriore loco natus decesserit: eius propinqui conueniunt: & de morte si res in suspicionem uenit: de uxoribus in seruilem modum questionem habent & si compertum est igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt. Funera sunt pro cultu gallicorum magnifica & sumptuosa. Omniaque quae uiuis cordi fuisse arbitrantur: in ignem inferunt etiam animalia:

Origo gallicorum

Questionem habere.

ac paulo supra hanc memoriam serui & clientes quos
 abijs dilectos esse constabat: iustis funeribus confec-
 tis una concremantur. Quae ciuitates commo-
 dius suam rem pu. administrare existimantur ha-
 bent legibus sancitum. Siquis quid de re pu. a fi-
 nitimis rumore: aut fama acceperit: ut ad ma-
 gistratum deferat ne ue cum quo alio comunice:
 quod sepe homines temerarios atq; imperitos falsis ru-
 moribus terreri & ad facinus impelli & de sumis reb9
 consilium capere cognitum est. Magistratus que bi-
 lia sunt occultant: queq; esse exusu iudicauerint:
 multitudini produnt: de re pu. nisi per concilium
 loqui non conceditur. Germani multum ab hac co-
 suetudine differunt: nam neq; druides habent q
 rebus diuinis presint: neq; sacrificijs student. Deo-
 rum numero eos solos ducunt quos cernunt: & quoy
 aperte opibus iuuantur. Solem & uulcanu & luna.
 Reliquos ne fama quide acceperit. Vita hominis in
 uenationibus atq; instudijs rei militaris consistit:
 a paruulis laboribus ac duritie student: qui diu-
 tissime impuberes permanserunt: maximam in-
 ter suos ferunt laudem. Hoc alij staturam alij ui-
 res neruofq; confirmari putant. Intra annum uo
 uicesimum femine notitiam habuisse inturpis-
 simis habent rebus: cuius rei nulla est occulta-
 tio: quod & promiscue in fluminibus perluuntur
 & Pellibus aut paruus renonum tegumentis utun-
 tur: magna corporis parte nuda. Agriculture non
 student: maiorq; pars eorum uictus in lacte: caseo:
 carne consistit: neq; quisq; agri modum certum

Sancitū legibus.

ex vsu.

De moribus germanoꝝ

aut fines habent proprios: sed magistratus ac principes
 in annos singulos gentibus cognationibusq; hominum
 qui una coierunt: quantum & quo loco uisum ē agri
 attribuunt: atq; anno post alio transire cogunt. Cuius
 rei multas afferunt causas ne assidua consuetudi-
 ne capti studium belli gerendi agricultura comu-
 tent: ne latos fines parare studeant: potentioresque
 humiliores possessionibus expellant: ne accuratius
 ad frigora atq; estus uitandos edificent: ne qua ori-
 atur pecunie cupiditas. Qua ex re factiones disse-
 sionesq; nascuntur: ut animi equitatem plebem con-
 tineant cum suas quisq; opes cum potentissimis equa-
 ri posse uideat. Ciuitatibus maxima laus est quam
 latissime circum se uastis finibus solitudines habe-
 re. Hoc proprium uirtutis existimant: expulsis agris
 finitimos cedere: neq; quenq; prope adire consistere.
 Simul hoc se fore tutiores arbitrantur repentine in-
 cursiones timore sublato: cum bellum ciuitas aut
 illatum defendit aut infert. magistratus qui ei bel-
 lo presint ut uite necisq; habeant potestatem deli-
 guntur. In pace nullus est communis magistra-
 tus. Sed principes regionum atq; pagorum inter suos
 ius dicunt: controuersias minuunt. Latrocinia ni-
 lam habent infamiam: que extra fines cuiusq; ciui-
 tatis fiunt: atq; ea iuuentutis exercende ac desidia
 minuende causa fieri predicant. Atq; ubi quis ex pn-
 cipibus in consilio dixit se ducem fore: qui sequi ue-
 lint profiteantur. Consurgunt ii qui & causam & ho-
 minem probant suumq; auxilium pollicentur atq;
 a multitudine collaudantur. Qui ex iis secuti non

sunt in desertorum ac praeditorum numero ducuntur: omniumque iis rerum postea fides derogatur. hospitem uiolare fas non putant. Qui quaque de causa ad eos uenerunt ab iniuria prohibent. sanctos habent: usque omnium domus patent uictusque communicatus. Ac fuit antea tempus cum germanos galli uirtute superarent: & ultro bella inferrent propter hominum multitudinem agrisque inopiam ac transrhenum colonias mitterent. Itaque ea que fertilissima sunt germanie loca circum hercyniam siluam quam homero tostem & quibusdam grecis fama notam esse uideo quam illi orcimam appellant uulgoque uolge tectolages occuparunt: atque ibi confederunt. Que gens ad hoc tempus his sedibus sese continet. summamque habet iusticie & bellicae laudis opinionem. Nuncque in eadem inopia: egestate: patientia qua germani permanent eodem uictu & cultu corporis utuntur. Gallis autem prouinciarum propinquitas: & transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque usum largitur. Paulatim assueti superari multisque preliis ne se quidem ipsi cum illis uirtute comparant. Huius hercynie silue que supra demonstrata est: latitudo nouem dierum iter expedito patet. Neque enim aliter finiri potest neque mensuras itinerum nouerunt. Oritur ab heluetiorum et nemetuum & tauriacorum finibus: rectaque fluminis danubij regione pertinet ad fines dacorum & anartium hinc se flectit sinistrorsum diuersis a flumine regionibus multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit. Neque quisquam est huius germanie qui se aut uidisse aut adisse mi-

HOMERVS.

Magnitudo in ges hercynie siluae.

Descriptio.

tium eius silus: dicat cum dierum iter Lx processerit
aut quo ex loco oriatur acceperit multaq; in ea gna
ferarum nasci constat. Quae reliquis in locis uisa
non sunt: ex quibus quae maxime differunt a cae-
teris & memorie prodenda uideantur. haec sunt. Est
bos cerui figura cuius a media fronte inter aures unū
cornu existit excelsius: magisq; directum iis quae no-
bis nota sunt cornibus: ab eius summo sicut palmae ra-
miq; late diffunduntur. Eademq; est femine marisq;
natura: eademq; forma magnitudog; cornuū. Sunt
item quae appellantur altes. harum est consimilis
capris figura & uarietas pellium: sed magnitudine
paulo antecedunt: inutilisq; sunt cornibus & crura
sine nodis articulisq; habent: neq; quietis causa pro-
cumbunt: neq; si quo afflictē casu conciderent: eri-
gere sese aut subleuare possunt. His sunt arbores
pro cubilibus ad eas se applicant: atq; ita paulū mo-
do acclinate quietem capiunt. Quarum ex uestigiis
cum est animaduersum a uenatoribus quo se recipere
consuerint: omnes eo loco aut ab radicibus subru-
unt: aut incidunt arbores tantum ut summa species
earum stantium relinquatur: huc cum se consuetu-
dine declinauerunt: infirmas arbores pondere affli-
gunt atq; una ipse concidunt. Tertium genus eoru
qui uri appellantur. Hi sunt magnitudine paulo infra
elephantes specie & colore & figura tauri: magna uis
eorum & magna uelocitas neq; homini neq; fere qua
conspexerunt parcunt: hos studiosē foueis captos in-
terficiunt. Hoc se labore ducunt adolēcentes: atque
hoc genere uenationis exercent: & qui plurimos

Bos admirabilis figurę.

*Altes animalia simillima
capris.*

Animalia appellata uri.

exiis interficiunt relatis in publicum cornibus qui
sunt testimonio magnam ferunt laudem. Sed assu-
esse ad homines & mansueti fieri ne parui quide-
excepti possunt. Amplitudo cornuum & figura et
species multum nostrorum bouum cornibus disse-
runt. Hęc studiose conquisita ablabris argento circū-
cludunt atq; in amplissimis epulis pro poculis utun-
tur. Cęsar postq; per ubios exploratores comperit su-
euos sese in siluas recepisse inopiam frumenti ueri-
tus quod ut supra demonstrauius minime omnes
germani agriculturę student constituit non progre-
di longius sed ne omnino metum reditus sui bar-
baris tolleret atque ut eorum auxilia retardare-
reducto exercitu partem ultimam pontis que ripam
ubiorum contingebat in longitudinem pedum duce-
torum rescidit atq; in extremo ponte turrim tabula-
torum quattuor constituit presidiumq; cohortiū duo-
decim pontis tuendi causa ponit magnisq; eum locū
munitionibus firmat. ei loco presidioq; Caium uol-
cacium tullum adolescentem prefecit. Ipse cū ma-
turefcere frumenta inciperent ad bellum ambiori-
gis profectus per arduam siluam que est totius
gallię maxima atq; ab ripis rheni finibusq; treuerorū
ad neruios pertinet milibusq; amplius quingentis in
longitudinem patet. Lucium minucium basilium cū
omni equitatu premitit si quid celeritate itineris atq;
opportunitate temporis proficere posset monet ut
ignes in castris fieri prohibeat ne qua eius aduentus
significatio procul fiat. sese confestim subsequi dicit.
Basilius ut imperatum erat facit celeriter contraque

CAESAR.

Basilium minucium

omnium opinionem confecto itinere multos in agris
 inopimantes deprehendit. eorumque iudicio ad ipsum
 ambiorigem contendit. quo in loco cum paucis equiti-
 bus esse dicebatur. Multum cum in omnibus rebus
 tum in re militari potest fortuna: nam sicut magno
 accidit casu. ut in ipsum incautum atque imparatum
 incideret. priusquam eius aduentus ab hominibus ui-
 deretur. aut fama nuntiis offerretur. sic magne
 fuit fortune omni militari instrumento quod circum
 se habebat erepto. rhedis equisque comprehensis ipsum
 effugere mortem. Sed hoc quoque factum est. quod edifi-
 cio circumdato silua ut sunt fere domicilia gallo-
 rum qui uitandi estus causa. plerumque siluarum atque flu-
 minum petunt propinquitates. comites familia-
 resque eius angusto in loco paulisper equitum nostro-
 rum uim sustinuerunt. His pugnantibus illum
 in equum quidam ex suis intulit. fugientem silue
 texerunt. sic & ad subeundum periculum & ad ui-
 tandum multum fortuna ualuit. Ambiorix anco-
 pias suas iudicio non conduxerit. quod prelio di-
 micandum non existimauit. anni tempore elusus
 & repentino equitum aduentu prohibitus fuerit. cum
 reliquum exercitum subsequi crederet. dubium est.
 Sed certe dimissis per agros nuntiis sibi quosque consu-
 lere iussit. quorum pars in arduennam siluam. pars
 in continentes paludes profugit. qui proximi ocea-
 no fuerunt in siluis sese occultauerunt. quas estus
 afficere consueverunt. multi ex suis finibus egressi. se
 suaque omnia alienissimis crediderunt. Catuolcus
 Rex dimidie partis eburonum quia cum ambiorige

In equum intulit.

Catuolcus Rex.

consilium inierat etate iam confectus cum laborem belli aut fugę ferre non posset omnibus precibus detestatus ambiorigem qui eius consilij auctor fuisset. taxo cuius magna in gallia germaniaq; copia est. se exanimavit. Segni codrusiq; ex gente & numero germanorum qui sunt inter eburones treuerosq; legatos ad cesarem miserunt. oratum ne se in hostiu numero duceret. neue omnium germanorum q; essent citra rhenum unam esse causam iudicaret nihil se de bello cogitasse. nulla ambiorigi auxilia misisse. Cesar explorata re questione captiuorum siq; adeos eburones ex fuga conuenissent ad se ut reducerent imperauit. si ita fecissent fines eorum se uolaturum negauit. Tum copias in tres partes distribuitis. impedimenta omium legionum aduaticam contulit. id castelli nomen est hoc fere est in medijs eburonum finibus. ubi Titurius atq; aurunculeius hibernandi causa confederant. Hunc cum reliquis rebus locum probarat. tunc quę superioris anni munitiones integre manebant. ut militum laborem subleuaret presidio. impedimentis legionem quartadecimam reliquit. Vnam ex his tribus. quas proxime conscriptas ex italia traduxerat. Ei legioni castrisq; Quintum tullium Cicero-nem prefecit. ducentosq; equites attribuit. partitq; exercitu Titum Labienum cum legionibus ad oceanum uersus meas partes que menapios attingunt proficisci iube. Caium trebonium cum pari legionu numero ad eam regionem que ad aduaticos adiacet depopulandam mittit. Ipse cum reliquis tribus ad flumen scaldem quod influit in mosam.

DETESTATUS.

TAXO.

QUESTIONE.

Titul Labienus.

C. Trebonius.

extremasq; arduasq; partes ire constituit: quo cum paucis equitibus profectum ambiorigem audiebat. Discedens post diem septimum se se reuersurum confirmat. Quam ad diem ei legioni que in presidio relinquebatur: deberi frumentum sciebat Labienum trebonumq; hortatur si rei pu. comodo facere possint ad eum diem reuertantur: ut rursus comunicato consilio: exploratisq; hostium rationibus: aliud initium belli capere possent. Erat ut supra demonstrauius manus certa nulla: non opidum non presidium: quod se armis defenderet: sed in omnes partes dispersa multitudo ubicunq; aut uallis abdita: aut locus siluestris: aut palus impedita spem presidij aut salutis aliquam offerebat: considerat. Hec loca in ciuitatibus erant nota: magnamq; res diligentiam requirebat non in summa exercitus tuenda: nullum eni poterat uniuersis perterritis ac dispersis periculum accidere. Sed in singulis militibus conseruandisq; tamen ex parte res ad salutem exercitus pertinebat: nam & prede cupiditas multos longius euocabat: & silue incertis occultisq; itimeribus confectos adire prohibebant. Si negocium confici: stirpemq; hominum sceleratorum interfici uellent: dimittende plures manus essent: deducendiq; erant milites: si continere ad signa manipulos uellent: ut instituta ratio & consuetudo exercitus ro. postulabant. Locus ipse erat presidio barbaris: neq; ex occulto insidiandi & dispersos circūueniendi singulis deerat audacia & in eiusmodi difficultatibus quantum diligentia preuideri poterat: prouidebatur ut potius in no-

cendo aliquid pretermitteretur: & si omnium animi
 ad ulciscendum ardebant quāuis cum aliquo mili-
 tum detrimento noceretur. Dimittit ad finitimas
 ciuitates nuntios cesar omnes ad se uocat spe prede
 ad diripiendos eburones: ut potius in siluis gallo-
 uita q̄ legionarius miles periclitetur: simul ut magna
 multitudine circumfusa pro tali facinore stirps at no-
 men ciuitatis tollatur. Magnus undiq; numerus
 celeriter conuenit. Hec in omnibus eburonū fini-
 bus gerebantur: diesq; appetebat septimus: quem ad
 diem cesar ad impedimenta legionemq; reuerti con-
 stituerat. Hic quantum in bello fortuna possit: et
 quantos afferat casus cognosci potuit. Dissipatis ac
 perterritis hostibus ut demonstrauius: manus erat
 nulla que paruam modo causam timoris afferret:
 trans rhenum ad germanos peruenit fama diri-
 pi eburones: atq; ultro omnes ad predam euocari.
 Cogunt equitum duomilia sicambri: qui sunt proximi
 rheni a quibus receptos ex fuga tenetheros atq; usipe-
 des supra docuimus transeunt rhenum nauibus rati-
 busq; triginta milibus passuum infra eum locū ubi
 pons erat perfectus: presidiumq; a cesare relictum.
 Primos eburonum fines adeunt: multos ex fuga disp-
 sos excipiunt magno pecoris numero cuius sunt
 cupidissimi barbari patiuntur: inuitati preda lon-
 gius procedūt: non hos palus in bello latrocinijsque
 natos non silus morantur quibus in locis sit cesar
 ex captiuis querunt: profectum longius reperiunt:
 omnemq; exercitum discessisse cognoscunt. Atque
 unus ex captiuis quid uos inquit hanc miseram

atq; partibus

FORTUNA.

ac tenuem sectamini prædam. Quibus licet iam esse fortunatissimos: tribus horis aduatucam uenire potestis. huc omnes suas fortunas exercitus romanorum contulit. presidij tantum est: ut numerus quidem cingi possit. Neq; quisq; qui egredi extra munitiones audeat. Oblata spe germani, quam nacti erant, prædā in occulto relinquunt: ipsi aduatucam contendunt usi eodem duce: cuius hoc inditio cognouerāt. Cicero qui omnes superiores præceptis cesaris cum summa diligentia milites in castris continuisset: ac ne calonem quidem quenq; extra munitiones egredi passus esset: septimo die diffidens de numero dierum cesarem fidem seruaturum: qd longius progressum audiebat: neq; ulla de eius reditu fama afferebatur: simul eorum permotus uocibus qui illius patientiam penē obsessionem appellabant: siquidem ex castris egredi non liceret: nullum eiusmodi casū expectans quo nouem oppositis legionibus maximeq; equitatu dispersis: ac penē deletis hostibus in milibus passuum tribus offendi posset: quinq; cohortes frumentatum in proximas segetes mittit: quas inter castra unus omnino collis intereat: complures erant ex legionibus egri relictis: ex quibus qui hoc spatio dierū conualuerant circiter tricenti subuexillo uno mittuntur. Magna præterea multitudo calonum magnauis iumentorum que in castris subsederant: facta potestate sequitur. Hoc ipso tempore & cāu germani equites interueniunt protinusq; eodem illo quo uenerant: cursu a decumana porta in castra irrumperre conantur: nec prius sunt uisi obiectis ab ea parte

*Pugnatus ad castra
germanorū & sunt
in maximo periculo
Romani.*

siluis: qua castris appropinquarent: usq; eo: ut qui sub
 ualle tenderent mercatores recipiendi sui facultatem
 non haberent. Inopinantes nostri re noua perturbantur:
 ac uix primum impetum cohors in statione sustinet.
 Circūfunduntur ex reliquis hostes partibus si quem adi-
 tum reperire possent egre nostri portas tuentur. Reli-
 quos aditus locus ipse per se munitioq; defendit. Totis
 trepidatur castris atq; alius ex alio causam tumultus
 querit: neq; quo signa ferantur: neq; quam in partē qsq;
 conueniat prouidēt. Alius iam castra capta pronūciat:
 alius deleto exercitu atque imperatore uictores barba-
 ros uenisse contendit. Pleriq; nouas sibi ex loco religi-
 ones fingunt. Cottēq; & titurij calamitatem qui in eo-
 dem ceciderunt castello ante oculos ponunt. Tali ti-
 more omnibus perterritis: confirmatur opinio barba-
 ris ut ex captiuo audierant nullum esse ibi presidium
 perumpere nituntur: seq; ipsi adhortantur ne tantā
 fortunam ex manibus dimittāt. Erat eger cum presi-
 dio relictus Publius sextus bibaculus: qui primum pi-
 lum ad cesarem duxerat: cuius mentionem superio-
 ribus prelijs fecimus ac ad diem iam quintum cibo ca-
 ruerat. Hic diffusus suus atq; omnium saluti: inermis
 ex tabernaculo prodit: uidet imminere hostes atque
 in summo rem esse discrimine: capit arma a proximis:
 atq; in porta consistit. Consecunturq; centuriones eius
 cohortis que in statione erat: paulisperq; una prelium
 sustinent. Relinquit animus sextum grauius accep-
 tis uulneribus egre per manus tractus seruatur. Hoc
 spatio interposito: reliqui sese confirmant tantum ut in
 munitionibus consistere audeant: speciemq; defensorū

DIFFISVS.
 Fortissimus & strenuus
 miles. p. s. bibaculus.

prebeant. Interim confecta feumentatione milites nostri
 clamorem exaudiunt. precucurrunt equites quāto res
 sit in periculo cognoscunt. Hic uero nulla munitio est:
 quę perterritos recipiat. modo conscripti atq; usus mili-
 taris imperiti ad tribunum militum centurionesque
 ora conuertunt: quid ab iis precipiatur expectant.
 Nemo est tam fortis qui non rei nouitate perturbetur.
 Barbari qui signa procul conspicati oppugnatione desistunt
 redisse primo legiones credunt: quas longius discessis-
 se ex captiuis cognouerant. Postea despecta paucitate ex
 omnibus partibus impetum faciunt. calones in pro-
 ximum tumultum procurrunt. Hinc celeriter deiecti
 insignia manipulosq; se coniiciunt: eo magis timidos
 perterrent milites. Alij cuneo facto ut celeriter perū-
 pant: censent quoniam tam propinqua sint castra:
 & si pars aliqua circūuenta ceciderit: at reliquos ser-
 uari confidunt: alii ut in iugo consistant: atq; eūdē
 omnes ferant casum. Hoc uero ueteres non probat
 milites: quos sub uexillo uno profectos docuimus.
 Itaq; intra se cohortati: duce Caio trebonio equite ro-
 mano qui eis erat prepositus per medios hostes perū-
 punt: incolumesq; ad unū omnes in castra perueniūt.
 Hos subsecuti calones equitesq; eodem impetu militum
 uirtute seruantur. At ii qui iugo consisterant: nul-
 lo etiam nunc usu rei militaris percepto: neq; in eo
 quod ante probauerant consilio permanere: ut se
 loco superiore defenderent: neq; eam quam prodesse
 alijs uim celeritatemq; uideant: imitari poterant.
 Sed se in castra recipere conati iniquum in locū di-
 miserunt. Centuriones quorum non nulli ex infe-

C V N E O .

rioribus ordinibus reliquarum legionum uirtutis cā
 in superiores erant ordines huius legionis traductine
 ante partem rei militaris laudem amitterent fortis-
 sime pugnantes conciderunt. Militum pars horū uir-
 tute submotis hostibus præter spem incolumis in cas-
 tris peruenit: pars a barbaris circumuenta periit. Ger-
 mani desperata expugnatione castrorum: quod nos-
 tros iam constitisse in munitionibus uidebant: cū ea
 præda quam in siluis deposuerant: trans rhenu sese
 receperunt: ac tantus fuit etiam post discessum hosti-
 um terror: ut ea nocte cum Caius uolusenus missus
 cum equitatu ad castra uenisset: fidem non faceret
 adesse cum incolumi cesarem exercitu. Sic omnino
 animos timor præoccupauerat: ut pene alienata mē-
 te deletis omnibus copijs equitatum se ex fuga rece-
 pisse dicerent. Neq; incolumi exercitu germanos cas-
 tra oppugnaturus fuisse contenderent. Quem timo-
 rem cesaris aduentus substulit. Reuersus ille eue-
 tus belli non ignorans unum quod cohortes ex sta-
 tione & presidio essent emisse: questus ne minimo
 quidē casu locum relinqui debuisset: multum fortu-
 nam in repentino hostium aduentu potuisse iudica-
 uit. Multo etiam amplius: quod pene ab ipso uallo
 portiq; castrorum barbaros auertisset. Quarum om-
 nium rerum maxime admirandum uidebatur: qđ
 germani qui eo consilio rhenum transierant: ut
 ambiorigis fines depopularentur ad castra roma-
 norum delati optatissimum ambiorigi beneficium
 optulerunt. Cesar rursus ad uexandos hostes profes-
 tus magno coacto numero ex finitimis ciuitatibus

Germani iā desperāt.

in omnes partes dimittit. Omnes uici atq; omnia
edificia que quisq; conspexerat incendebantur. pre-
da ex omnibus locis agebatur. frumenta non solum
tanta multitudine iumentorum atq; hominum con-
sumebantur: sed etiam anni tempore atq; hibernis
procubuerat: ut si qui etiā in presentia se occultasset:
tamen iis deducto exercitu rerum omnium inopia
pereundum uideretur: ac sepe in eum locum uentū
est tanto in omnis partis diuiso equitatu: ut nō
modo uisum a se Ambiorigem in fuga circūspicerēt
captiui: sed nec plane etiam abisse ex conspectu cō-
tenderent: ut spe consequendi illata atq; infinito
labore suscepto qui se summam a cesare gratiam
inituros putarent: penē naturam studio uincerēt:
semperq; paulum ad summam felicitatem defuis-
se uideretur: atque ille latebris aut saltibus se
eripere: & noctu occultare alias regiones partesque
petere: non maiore equitum presidio q̄ quattuor
quibus solis uitam suam committere audebat. Ta-
li modo uastatis regionibus exercitum caesar du-
arum cohortium dāno durotortorum remorum
reducit: concilioq; in eum locum galliē in dicto de
coniuuratione senonum & carnutum quaestionem
habere instituit: & dracone qui princeps eius con-
siliū fuerat grauiorem sententiam pronuntiat: ac
more maiorum supplicium sumpsit: non nulli iu-
dicium ueriti profugerunt. Quibus cum aqua et
igni interdixisset duas legiones ad treuerorum fi-
nes: duas in lingonibus: & reliquas in senonum fi-
nibus adduxit: & in hibernis collocauit: frumētāq;

exercitui prouiso. ut instituerat in Italiam ad conuentus agendos profectus est.

COMMENTARIORVM · C · IULII CASARIS DE BELLO
GALLICO LIBER SEPTIMVS INCIPIT · IULIVS CELSVS
CONSTANTINVS VIR CLARVS EMENDAVIT.

VIETA GALLIA. CAESAR VT CONSTITVERAT IN
italiam ad conuentus peragendos proficif-
citur. Ibi cognoscit de Clodij cede senatq;
consulto certior factus: ut omnes iuniores italię con-
iurarent: delectum tota prouincia habere instituit. He-
res in galliam transalpinam celeriter perferuntur. Ad-
dunt ipsi & affingunt rumoribus galli: quod res poscere
uidebatur: retineri urbano motu cesarem neq; in tantis
dissensionibus ad exercitum uenire posse. Hac impulsu
occasione qui ante se po. ro. imperio subiectos doluerunt:
liberius atq; audacius de bello concilia mire incipiunt.
Indictis inter se principes gallię consilijs siluestribus atq;
remotis locis queruntur de Aconis morte posse hunc ca-
sum ad ipsos recidere demonstrant: miserantur commu-
nem gallię fortunam omnibus pollicitationibus ac
premijs deposcunt: qui belli initia faciant: & sui capi-
tis periculo galliam in libertatem uindicerent. Imprimis
rationem esse habendam priusq; eorum clandestina
consilia efferantur: ut cesar ab exercitu intercluda-
tur id esse facile: quod neq; legiones audeant absē-
te imperatore ab hibernis egredi: neq; imperator sine
presidio ad legiones peruenire posset. Postremo in
acie prestare interfici: q̄ non ueterem belli gloriam
libertatemq; quam a maioribus acceperant recupe-
rare. His rebus agitatis profitentur carnutes se nulluz

Rebellatur tota
gallia.

CAVERE.

FAMA.

gesta essent.

periculum communis salutis causa recusare: principesq;
se ex omnibus bellum facturos pollicentur. Et quonia
in presentia de de obsidibus inter se cauere non posset:
ne res efferatur aut iureiurando ac fide sanciatu:
petunt collatis signis militaribus quod more eorum
grauissima cerimonia continetur: ne facto initio bel-
li ab reliquis deserantur. Tunc collaudatis carnutibus:
dato iureiurando ab omnibus qui aderant: tempore
eius rei constituto ab concilio disceditur. Vbi eadies ue-
nit: carnutes contuaco & conduno ducibus despera-
tis hominibus genabim signo dato concurrunt: ciuesq;
romanos qui negociandi causa ibi constiterant: i ius
caium ruffum cottam honestissimum equitem ro. q.
rei fumentarie iussu cesaris preerat interficiunt:
bonaq; eorum diripiunt. Celeriter ad omnes gallie
fama perfertur: nam ubiq; que maior atq; illustrior
incidit res clamore per agros regionesq; significatur.
Hanc alij deinceps excipiunt & proximis tradunt: ut
tum accidit. Nam que genabi sole oriente ante pri-
mam confectam uigiliam in finibus aruenorum
audita sunt: quod spatium est milium passiuū cir-
citer CLX. Simili oratione ibi Vercingetorix celtilli
filius aruernus sume potentie adolescens cuius pater
principatum gallie totius obtinuerat: & obeam causa
quod regnum appetebat: a ciuitate erat interfectus: co-
uocatis suis clientibus facile eos incendit. Cognito ei
consilio: ad arma concurritur: prohibetur ab gexgo-
bia patruo suo reliquisq; principibus qui hanc temp-
tandam fortunam non existimabant. Expellitur ex
opido uercingetorix: non destitit tamen atq; in agris

habet delectum egentium ac perditorum. Hac coacta manu quoscūq; adit ex ciuitate ad suam sententiā perducit: hortatur ut communis libertatis causa arma capiat: magnisq; coactis copiis aduersarios suos a quibus paulo ante erat: eiectus: expellit ex ciuitate: rex absuis appellatur. dimittit quoq; uersus legationes obtestatur: ut in fide mancant. Celeriter sibi senones: parisios: pictones: cadurcos: turonos: uilercos: lemonices: andos: reliquosq; omnes: qui oceanum attingunt: adiungit omnium consensu: ad eum defertur imperium. Sua oblata potestate omnibus iis ciuitatibus obsides imperat: certum numerum militum ad se celeriter adduci iussit: armorum quantum quęq; ciuitas domi quodque ante tempus effecerat constituit. Imprimis equitatu studet summe diligentie: summam imperij seueritatem addit magnitudine supplicij dubitantes cogit. Nam maiore commisso delicto igne atq; omnibus tormentis necat: leuiore de causa: auribus defectis: aut singulis effossis oculis domum remittit ut sint reliquis documento & magnitudine poenę perterreat alios: his supplicijs celeriter coacto exercitu Lucetium cadurcum summe hominem audacie cum parte copiarum in rutenos mittit: ipse in bituriges proficitur. Eius aduentu bituriges ad heduos quorum erat infide legatos mittunt: subsidium rogatum quo facilius hostium copias sustinere possit. Hedui de consilio legatorum quos cesar ad exercitum reliquerat copias equitatus peditatusq; subsidio biturigibus mittunt. Qui cum ad flumen ligerim uenisset: qđ bituriges ab heduis diuidit: paucos dies ibi morati: neque flumē

Sententia.

Senones.
parisi.
pictones.
cadurci.
Turoni.
Vilerci.
Lemonices.
Andi.

transire ausi: domum reuertuntur. legatisq; noctis renunciant se biturigum perfidiam ueritos reuertisse: quibus id consilij fuisse cognouerint: ut si flumē transissent: una ex parte ipsi: altera aruerni se circūstiterent. Id ea ne de causa quam legati pronuntiarint: an perfidia adducti fecerint: quod nihil nobis constat non uidetur pro certo esse proponendum. Bituriges eorum discessu: statim cum aruernis iunguntur. His rebus in italiam cesari nuntiatis cum iam ille urbanas res uirtute C. pompeii commodiorem in statum peruenisse intelligeret: in transalpinam galliam profectus est. Eo cum uenisset magna difficultate afficiebatur: qua ratione ad exercitum posse: nam si legiones in prouinciam accerferet: se absente in itinere prelio dimicaturas intelligebat. Si ipse ad exercitū contenderet: ne iis quidem eo tempore qui quieti uiderentur: suam salutem recte committi uidebat. Interim Luterius cadurcus in rutenos missus eam ciuitatem aruernis conciliat. Progressus initio brigas & gabalos ab utrisq; obsides accepit: & magna coacta manu in prouinciam narbonam uersus eruptionem facere contendit. Qua re nuntiata: cesar omnibus consiliis anteuertendum existimauit: ut narbonam proficisceretur. Eo cum uenisset: timentes confirmat: presidiaq; in rutenis prouincialibus: uolcis: aretomimicis: tolosatibus circūq; narbonam: que loca hostibus erant finitima: constituit parte copiarum ex prouincia supplementumq; quod ex italia adduxerat in helbios: qui fines aruernorum contingunt conuenire iubet. His rebus comparatis

CAESAR.

C. pompeius.

Anteuerendum.

provincialibus.

Supplementum.

remisso iam luterio & remoto quod intrare intra p-
 sidia periculosum putabat in heluios proficiscitur.
 Et si ceuerna qui aruernorum ab heluijs discludit
 durissimo tempore anni altissima niue iter impe-
 diebat tamen discussa niue sex in altitudine pedum
 atq; ita uijs patefactis summo militum sudore adfi-
 nes aruernorum peruenit. Quibus oppressis inopinā-
 tibus quod sese ceuerna ut muro munitos existima-
 bant ac ne singulari quidem unq; homini eo tempo-
 re anni semite patuerant equitibus imperat ut
 q̄ latissime possint uagentur & q̄ maximum hostibus
 terrorem inferant. Celeriter hec fama ac nuntij ad
 vercingentorigem perferuntur. Quem perterriti om-
 nes aruerni circūstant atq; obsecrant ut suis for-
 tunis consulat neue ab hostibus diripiantur. pres-
 tim cum uideant omne ad se bellum translatum.
 Quorum ille precibus commotus castra ex biturigibus
 mouet ad aruernos uersus. At caesar biduum in iis
 locis moratus quod hic de uertigentorige usus uetu-
 ra opinione preceperat per causam supplementi equita-
 tusq; cogendi ab exercitu discedit. Brutum adolescentē
 iis copiis prefecit. Hunc monet ut in omnes partes
 equites q̄ latissime peruagentur daturum se operā
 ne longius triduo ab castris absit. His constitutis re-
 bus suis iopinantibus q̄ maximis potest itineribus
 uiemam peruenit. Ibi coactus recentem equitatum
 quem multis ante diebus eo premiserant neque
 diurno neq; nocturno itinere intermisso per fines
 heduorum in ligones contendit ubi due legiones
 hiemabant ut siquid etiam de sua salute ab he-

SEMITE.

MVNCTII.

duis miretur consilij celeritate precurreret. Eo cum per-
 uenisset: ad reliquas legiones mittit: priusq; omnes in
 unum locum cogit: q̄ de eius aduentu aruernis nun-
 tiari posset. Hac re cognita uercingetorix rursus inbi-
 turiges exercitum reducit. Atq; inde profectus gergo-
 biam boiorum opidum q̄ ibi heluetios prelio uictos
 cesar collocauerat: heduisq; attribuerat: oppugnare
 instituit. Magnam hæc res cesari difficultatem ad con-
 silium capiendum afferebat: si reliquam partem hiemis
 uno in loco legiones contineret: ne stipendiarijs hedu-
 orum expugnatis cuncta gallia deficeret: quod nullū
 amicis in eo presidium uideret positum esse: si matu-
 rius exhibernis educeret: ne ab re frumentaria du-
 ris subuentionibus laborare prestare uisum tamē
 omnes difficultates perpeti q̄ tanta contumelia ac-
 cepta omnium suorum uoluntates alienare. Itaque
 cohortatus heduos de supportando comneatu: prae-
 mittit ad boios qui de suo aduentu doceant: hortē-
 turq; ut infide maneat: atq; hostium impetū ma-
 gno animo sustineant. Duabus ageduum legionibus
 atq; impedimentis totius exercitus relictis ad boios
 proficiscitur. Altero die cum ad opidum senonū uel
 ladunum uenisset: ne quem hostem post se relin-
 queret: quo expeditiore re frumentaria uteretur
 oppugnare instituit: idq; biduo circūuallauit. Ter-
 tio die missis exopido legatis de deditioe arma
 conferri: iumenta produci: sexcentos obsides dari
 iube. Ea qui conficeret: Caium trebonium legatū
 reliquit. Ipse ut q̄ plurimum iter faceret genabim
 carnutum proficiscitur. Qui cum primum allato

nuntio de oppugnatione uelladuni: cum longius eā rem ductum iri existimarent presidium genabi tuendi causa quod eo mitterent comparabant. Inubi duo peruenit: castris ante opidum positis: diei tēpore exclusus in posterum oppugnationem differt: q̄q̄ ad eam rem usui sint militibus imperat. & quod opidum genabim pontis fluminis ligeris continebat ueritus ne noctu ex opido profugerent: duas legiones in armis excubare iubet. genabenses paulo ante mediā noctem silentio ex opido egressi flumen transire ceperunt. Quare per exploratores nuntiata cesar legiones quas expeditas esse iusserat portis incensis intromit. At opido potitur: per paucis ex hostium numero desideratis: quin cuncti caperentur: quod pontis atq̄ itinerum angustis: multitudinis fugam intercluserant: opidum diripit atq̄ incendit: predam militibus donat: exercitum legerim traducit: atq̄ in biturigum fines peruenit. Vercingetorix ubi de cesaris aduentu cognouit: oppugnatione destitit: atq̄ obuiam cesari proficiscitur. Ille opidum oppugnare instituerat. Quo ex opido cum legati ad eum uenissent oratum ut sibi ignosceret: suęq̄ uite consuleret ut celeritate reliquas res conficeret: quarum pleraq̄ erat consecutus: arma conferri: equos produci: obsides dari iubet. Parte iam obsidum tradita: cum reliqua administrarentur: centurionibus & paucis militibus intromissis: qui arma iumentaq̄ conquirerēt: equitatus hostium procul uisus est: qui agmen uercingetorigis antecesserat. Quem simul atq̄ opidani conspexerunt: atq̄ in spem auxilii uenerunt:

clamore sublato arma capere: portas claudere mu-
rum complere coeperunt: centuriones in opido: cum
ex significatione gallorum noui aliquid ab eis iniri
consilij intellexissent: gladijs districtis portas occu-
pauerunt: suosq; omnes incolumes receperunt. Ce-
sar ex castris equitatum educi iube: prelium eque-
stre committit: Laborantibus iam suis germanos
equites circiter. cccc. submittit: quos ab initio ha-
bere secum instituerat. eorum impetum galli sub-
stinere non potuerunt: atq; in fugam coniecti: mul-
tis amissis se ad agmen receperunt. Quibus profliga-
tis rursus opidani perterriti comprehensos eos quorum
opera plebem concitatam existimabant ad cesarem p-
duxerunt: sequei dediderunt. Quibus confectis: cesar
ad opidum auaricum quod erat maximum muni-
tissimumq; in finibus bituricum: ac agri fertilissima
regione profectus est: quod eo opido recepto ciuitate
bituricum se in potestatem redacturum confidebat.
Vercingentorix tot continuis incommodis uellan-
duni genabi nouioduni acceptis suos ad concilium
conuocat: docet longe alia ratione esse bellum ge-
rendum atq; antea gestum sit. Omnibus modis huic
rei studendum: ut pabulatione aut com meatu ro-
mani prohibeantur id esse facile cum equitatu ipsi
abundent: & quod anni tempore subleuentur: pabu-
lum secari non posse: necessario dispersos hostes ex edi-
ficijs petere: hos omnes quotidie ab equitibus diripi
posse. Preterea salutis causa rei familiaris commoda
negligenda: uicosq; atq; edificia incendi oportere.
Hoc spatio a boia quoq; uersus quo pabulandi ca adire

posse uidebatur. Harum ipsi rerum copiam suppetere: quod quorum infinibus bellum geratur: eorum opibus subleuentur. Romanos aut inopiam non laturos: aut magno periculo longius a castris processuros: neq; interesse ipsos ne interficiant: impedimentis ne exuat: quibus amissis: bellum geri non possit. Preterea opida incendi oportere: que non munitione & loci natura ab omni sint periculo tuta: neu suis sint ad detractandam militiam receptacula: neu romanis proposita ad copiam commeatus predamq; tollendam. Haec si grauius aut acerba uideantur: multo illa grauius extimare liberos: coniuges in seruitutem abstrahi ipsos interfici que sit necesse accidere uictis. Omnium consensu ac sententia probata uno die amplius xx. urbes biturigum incenduntur. Hoc idem in reliquis ciuitatibus in omnibus partibus incendia conspiciuntur. Quae & simagno cum dolore omnes ferebant tamen hoc sibi solatij proponebant quod explorata uictoria celeriter amissa recuperaturos confidebant. Dicebatur de auarico in communi consilio incendi placeret an defendi. Procumbunt omnes galli ad pedes bituriges: ne pulcherrimam prope totius gallie urbem: que presidio & ornamento sit ciuitati suis manibus succendere cogerentur: facile se loci natura defensuros dicunt quod prope ex omnibus partibus flumine & palude circumdata unum habeat & per angustum aditum: datur petentibus uenia: dissuadente primo uercingentorige post concedente & precibus ipsorum & misericordia uulgi. Defensores opido idonei deliguntur. Vercingentorix minoribus cesarem itineribus

SOLATII.

subsequitur: & locum castris deligit paludibus siluisq;
munitum ab auarico longe milia passuum xvi. Ibi per
certos exploratores in singula diei tempora: quæ ad auaricum
agerentur ignoscebat & quid fieri uellet impa-
bat. Omnes nostras pabulationes frumentationesque
observabat: dispersosq; cum se longius necessario proce-
derent adoriebatur: magnosq; incommodo afficiebat:
& si quantum ratione provideri poterat: ab nostris
occurreretur: ut incertis temporibus diuersisq; itine-
ribus iretur: castris ad eam partem opidi positis: ces-
sar quæ intermissa a flumine & a paludibus aditu
ut supradiximus angustum habebat: aggerē appa-
rare: uineas agere: turres duas constituere coepit:
nam circūuallare natura loci prohibebat. De re fru-
mentaria boios atq; heduos adhortari non destitit:
Quorum alteri quod nullo studio agebant: non mul-
tum adiuuabant: alteri non magnis facultatibus
quod ciuitas erat exigua & infirma: celeriter quod ha-
buerunt consumpserunt. Summa difficultate rei
frumentariæ affecto exercitu tenuitate hororum: in-
diligentia heduorum incendijs edificiorum usq; eo: ut
complexes dies frumento caruerint: & pecore ex lon-
giquioribus uicis adacto extremam famem substē-
tarent. Nulla tamen uox est ab iis audita populi roma-
iestate & superioribus uictorijs indigna. Quin etiā
cesar cum in opere singulos appellaret: & si acerbius
inopiam ferrent: se dimissurum oppugnationem di-
ceret: uniuersi ab eo ne id faceret petebant: sic secū
plures annos illo imperante meruisse: ut nullam
ignominiam acciperent: nusq; incepta re descenderent.

Hoc se ignominie laturus loco: si inceptam oppugnationem reliquissent: prestare omnes perferre acerbitates: quod non ciuibus romanis qui genabi perfidia gallosum interessent parentarent. Hec eadem centurionibus tribunisque militum mandabant: ut per eos ad cesarem deferrentur. Cum iam muro turres appropinquasset: ex captiuus cesar cognouit: Vercingetorigem consupto pabulo castra mouisse propius auaricum: atque ipsum cum equitatu expeditisque qui inter equites preliari consuessent: insidiarum causa eo profectum: quod nostros postero die pabulatum uenturos arbitretur. Quibus rebus cognitis media nocte silentio profectus ad hostium castra mane peruenit. Illi celeriter per exploratores: aduentu cesaris cognito: carros impedimentaque sua in arctiores siluas abdiderunt: copias omnes in loco edito atque aperto instruxerunt. Qua re nuntiata: cesar celeriter sarcinas conferri arma expediiri iussit. Collis erat leniter accliuus: hunc ex omnibus fere partibus palus difficilis atque impedita cingebat non latior pedibus quinquaginta. Hoc se colle interruptis pontibus galli fiducia loci continebant: gregatimque distributi in ciuitates omnia uada ac saltus eius paludis obtinebant. Sic animo parati ut si eam paludem romani perumpere conarentur: hesitantes premerent ex loco superiore: ut qui propinquitatem loci uideret paratos prope equo Marte ad dimicandum existimaret: & qui iniquitatem conditionis perspiceret: mani simulatione sese ostentare cognosceret. Indignantem milites cesar quod conspectum suum hostes perferre possent: tantulo spatio interiecto: et

signum prelii exposcentes edocet quanto detrimento & quot uirorum fortium morte necesse sit constare uictoriam. Quos cum sic animo paratos uideret: ut nullum pro sua laude periculum recusarent: sume se iniquitatis dixit condemnari debere: nisi eorum uitam sua salute habebat cariorem. Sic milites consolatus eodem die reducit in castra: reliquaque que ad oppugnationem pertinebant opidi administrare instituit. Vercigentorix cum adisset: prodicionis insimulatur: quod castra propius romanos mouisse: quod sine omni equitatu discessisse: quod sine imperio tantas copias reliquisse: quod eius discessu romani tanta opportunitate & celeritate uenissent. Nonne hec omnia fortuitu aut sine consilio accidere potuisse? Regnum illum gallie malle cesaris concessu q̄ ipsoru habere beneficio. Tali modo accusatus ad hec respondit: quod castra mouisset: factum inopia pabuli: et ipsis hortantibus quod propius romanos accessisset: persuasum loci opportunitate qui se ipsum munitione defenderet: equitum uero operam neq̄ in loco palust̄ desiderari debuisse: & illis fuisse utile quo sint profecti: summam imperij sui se in consulto nulli discedentem tradidisse: ne in multitudinis studio addimicandum impelleretur. Cui rei propter animi molitiam studere omnes uideret: quod diutius ferre laborem non possent. Romani si casu interuenerunt fortunę: si alicuius iudicio uocati: huic habendam gratiam: quod & paucitatem eorum ex loco superiore cognosceret: & uirtutem despiceret potuerint: qui dimicare non ausi: turpiter se in castra receperunt: impiu

se ab cæsare per prodicionem nullum desiderare: quod ha-
 bere uictoria posse. Que iam esset sibi atque omnibus
 gallis explorata: quin etiam ipsis remitteret. Si sibi ma-
 gis honores tribuere: quam abs se salutem accipere uideatur.
 Hæc ut intelligatis inquit a me sincere pronuntiari:
 audite romanos milites: producitque seruos quos in pa-
 bulatione paucis ante diebus exceperat & fame uin-
 dilque excruciauerat. Hi iam ante edocti que interroga-
 ti pronuntiarent se milites esse Legionarios: dicunt
 fame & inopia adductos clam ex castris exisse: siquid
 fumentum aut pecoris in agris reperire possent: simili
 omnem exercitum inopia premi: nec iam uires suffi-
 cere cuiusque neque ferre operis laborem posse. Itaque sta-
 tuisse imperatorem si nihil in oppugnatione opidi
 profecissent triduo exercitum deducere. Hæc inquit
 a me uercingetorix beneficia habetis: quem proditio-
 nis insimulatis: cuius opera sine uestro sanguine ta-
 tum exercitum uictoria: fame consumptum uidetis:
 quem turpiter se ex fuga recipientem: ne qua ciuitas
 suis finibus recipiat a me prouisum est. Conclamat
 omnis multitudo: & suo more armis concrepat: quod
 facere in eo consuerat cuius orationem approbant. Sum-
 mum esse uercingetorigem ducem: nec de eius fide
 dubitandum: nec maiore ratione bellum adminis-
 trari posse. Statuunt ut ^{XII} M. hominum delecta ex
 omnibus locis in opidum mittantur: nec solis bituri-
 gibus communem salutem committendam censent:
 quod penes eos si id opidum retinuissent: summam
 uictorie constare intelligebant: & singulari militum
 nostrorum uirtuti concilia cuiusque modi gallo-
 rum occur-

*De solertia gallo-
rum in
machinationibus bellicis.*

rebant: ut est summe genus solertiae atq; ad omnia imi-
tanda & efficienda quae a quocumque traduntur aptissimum:
nam & laqueis falces auertebant: quas cum destinauerant
tormentis introsum reducebant: & aggerem
cuniculis subtrahabant: eos scientius quod apud eos
magne sunt ferrariae atq; omne genus cuniculorum
notum atq; usitatum est. Totum autem murum ex
omni parte turribus contabulauerant: atq; has coriis
intexerant. Tum crebris diuturnis nocturnisque erup-
tionibus aut aggeri ignem inferebant: aut milites
occupatos in opere adoriebantur: & nostrarum turri-
um altitudinem quantum has quotidianus agger
expresserat commissis suarum turrium malis adaeq-
bant. Muri autem omnes gallici hac fere forma
sunt. Trabes directe perpetue in longitudinem pari-
bus interuallis distantes inter se binos pedes in solo
collocantur: ere uinciuntur extorsus & multo agge-
re uestiuntur. Haec autem quae diximus interualla
grandibus in fronte saxis exarciuntur. His collocatis
& coagmentatis alius insuper ordo addicitur: ut idem
illud interuallum seruetur neque inter se contingant
trabes: sed paribus intermissis spatijs singulae singulis
saxis interiectis arcte contineantur. Sic deinceps om-
ne opus contextitur: dum iuxta muri altitudo explea-
tur: hoc cum in speciem uarietatemque opus desine-
re non est alternis trabibus ac saxis quae rectis lineis
suos ordines seruant: tum ad utilitatem & defensionem
urbium summam habet opportunitatem: quod
& ab incendio lapidis: & ab ariete materia defendit
quae perpetuis trabibus pedes quadragenos plerumque

intorsus reuincta neq; perumpi neq; distrahi pot.
 His tot rebus impedita oppugnatione: milites cū toto
 tempore: frigore: & assiduis hinc hinc turbarentur:
 tamen continenti labore omnia hec superauerunt: &
 diebus xxv. aggerem latum pedes ccc xxx. altū pe-
 des lxxx. extruxerunt cum his murum hostium
 penē contingeret. Cum cesar ad opus consuetudine
 excubaret: militesq; hortaretur: ne quod omnino te-
 pus ab opere intermitteretur: paulo ante tertiam ui-
 giliam est animaduersum fumare aggerem: quem
 cumculo hostes succenderant: eodemq; tempore to-
 to muro clamore sublato: duabus portis ab utroque
 latere turrium eruptio fiebat: Alij faces atq; arida
 materiem de muro in aggerem eminus iaciebant
 picem: reliqua q; res quibus ignis excitari potest fu-
 debant: ut quo primum curreretur: aut cui rei fer-
 retur auxilium uix ratio miri posset. Tamen quod
 instituto cesaris semper duę legionis pro castris ex-
 cubabant: pluresq; partitis temporibus erant in ope-
 re: celeriter factum est: ut alij eruptionibus resis-
 terent: alij turres reducerent: aggeremq; interscin-
 derent. Omnis uero ex castris multitudo ad resti-
 guendum concurreret. Cum in omnibus locis co-
 sumpta iam reliqua parte noctis pugnaretur: sem-
 perq; hostibus spes uictoris reintegraretur: eo ma-
 gis quod deustos pluteos turrium uidebant: nec faci-
 le adire apertos ad auxiliandum animaduertebat:
 semperq; ipsi recentes defessis succederent: omneq;
 gallis salutem in illo uestigio temporis positam ar-
 bitrarentur. Accidit inspectantibus nobis quod

PLUTEOS.

Res memoratu digna.

dignum memoria uisum pretereundum non existima-
uimus. Quidam ante portam opidi gallus permansit
sebi ac picis traditas glebas in ignem eregionē turis
proiiciebat. scorpione a latere dextro traictus exa-
nimatusq; concidit. Hūc ex proximis unus iacen-
tem transgressus eodem illo munereungebatur.
eadem ratione ictu scorpionis exanimato alteri
succellit tertius. & tertio quartus. nec prius ille
est a pugnatoribus uacuis relictus locus. q̄ restitū-
to aggere. atq; omni ea parte sumotis hostibus finis
est pugnandi factus. Omnia experti galli quod res
nulla successerat. postero die consilium ceperunt ex
opido profugere se hortante & iubente uercingeto-
rige. Id silentio noctis conati non magna iactura
suorum sese effecturos sperabant. propterea qd̄ neq;
longe ab opido castra uercingetorigis aberant. & pa-
lus que perpetua intercedebat romanos ad inse-
quendum tardabat. Iamq; hoc facere noctu appora-
bant. cum matres familie repente in publicum pro-
currerunt flentes. que proiecte ad pedes suorum
omnibus precibus perierunt. ne se & communes
liberos hostibus ad supplicium dederent. quas ad ca-
piendam fugam nature & uicium infirmitas im-
pediret. Vbi eos in sententia perstare uiderunt. qd̄
plerumq; in summo periculo timor misericordiam
non recipit. conclamare & significare de fuga
romanis ceperunt. Quo timore perterriti galli
ne ab equitatu romanorum uis preoccuparentur.
consilio destiterunt. Postero die cesar promotu tu-
ri erectisq; operibus que facere instituerat. magno

Infirmas.

cohorto hembre: non inutilem hanc ad capiendū confi-
 lum tempestatem arbitratus est: quod paulo incautiq;
 custodias in muro dispositas uidebat: suosq; langu-
 dius in opere uersari iussit: & quid fieri uellet ostēdit.
 Legiones intra uineas in occulto expeditas cohortatq;
 ut aliquando pro tantis laboribus fructum uictoris
 perciperent: iis qui primi murum ascendisset pre-
 mia proposuit: militibusq; signum dedit. Illi subito
 ex omnibus partibus euolauerunt: murumq; cele-
 riter compleuerunt. Hostes re noua perterriti mu-
 ro turribusq; deiecti in foro ac locis patentioribus
 cuneatim constiterunt hoc animo ut si qua ex par-
 te obuiam contraueniretur: acie instructa depu-
 gnarent. Vbi neminem in equum locum sese dimit-
 tere: sed toto undiq; muro circūfundi uiderunt: ue-
 riti ne omnino spes fuge tolleretur abiectis armis:
 ultimas opidi partes continenti impetu petuerūt.
 Parsq; ibi cum angusto exitu portarum se ipsi premerē-
 tur a militibus. Pars iam egressa portis ab equiti-
 bus est interfecta. Nec fuit quisq; qui prede stude-
 ret sic & genabi cede & labore operis incitati non sta-
 te confectis non mulieribus non infantibus peper-
 cerunt. Deniq; ex omni numero qui fuit circiter
 milium xl. uix dcc. qui primo clamore audito se
 opido eiecerunt: incolumes ad uercingetorigē per-
 uenerunt. Quos ille iam multa nocte silentio ex
 fuga excepit: ueritus ne qua in castris & eorum
 concursu & misericordia uulgi seditio oriretur: ut
 procul in uia dispositis familiaribus suis principibusq;
 ciuitatum disseparandos deducendosq; ad suos curare:

CVNATIUM..

que cuiusque ciuitati pars castrorum ab initio obuenerat.
Postero die concilio conuocato: consolatus cohortatusque est
ne se admodum animo dimitterent: ne perturbarentur
incommodo non uirtute neque in acie uicisse romanos
sed artificio quodam & scientia oppugnationis cuius rei
fuerint ipsi imperiti. Errare si qui in bello omnes secu-
dos rerum prouentus expectent sibi nunquam placuis-
se auaricum defendi: cuius rei testes ipsos haberet. Sed
factum imprudentia biturigum & nimia obsequentia
reliquorum: uti hoc incommodum acciperetur: id tam-
se celeriter maioribus commodis sanaturum. Nam
que ab reliquis gallis ciuitates dissentirent: has sua
diligentia adiuncturum: atque unum concilium toti
gallie effecturum: cuius consensui ne orbis quidem
terrarum possit obistere: idque se prope iam effec-
tum habere. Interea equum esse ab iis communis
salutis causa impetrari: ut castra munire institue-
rent: quo facilius repentinos hostium impetus sub-
stinerent. Fuit hec oratio non ingrata gallis: et
maxime quod ipse animo non defecerat tanto ac-
cepto incommodo: neque in occultum abdiderat: & con-
spectum multitudinis fugerat: plusque animo provide-
re & presenti re existimabatur: quod re integra primo
incedendum auaricum post deserendum censue-
rat. Itaque ut reliquorum imperatorum res aduersae
auctoritatem minuunt: sic huius ex contrario di-
gnitas incommodo accepto indies augebatur. Si-
mul in spem ueniebant eius affirmatione de re-
liquis adiungendis ciuitatibus: primumque eo tem-
pore galli castra munire instituerunt: & sic animo

prouentus.

Imprudencia.

Affirmationem.

consternati homines insueti laborum: ut omnia que
 imperarentur: sibi patienda existimarent. Nec mi-
 nus q̄ est pollicitus uercingetorix animo laborabat:
 ut reliquas ciuitates adiungeret: atq; eas bonis pol-
 litationibus alliciebat. Huic rei idoneos homines
 deligebat: quorum quisq; aut oratione subdola aut
 amicitia facillime posset. Qui auarico expugnato re-
 fugerant: armandos uestiendosq; curat: simul ut di-
 minutz copie reintegrarentur. Imperat certum nu-
 merum militum ciuitatibus quem & quam ad di-
 em in castra adduci uelit: sagittariosq; omnes quorū
 erat permagnus numerus in gallia conquiri: & ad
 se mitti iubet. His rebus celeriter id quod auarici de-
 perierat expletur. Interim teutomatus ollouiconis
 filius rex ninobrogū: cuius pater absenatu nostro a-
 micus erat: appellatus: cum magno equitum suorum
 numero: & quos ex aquitania conduxerat ad eum
 peruenit. Cesar auarico complures dies commora-
 tus: summamq; ibi copia frumenti & reliqui com-
 meatus nactus: exercitum ex labore atq; inopia re-
 fecit. Iam prope hieme confecta: cum ipso anni tem-
 pore ad gerendum bellum uocaretur: & ad hostem
 proficisci constituisset: siue eum ex paludibus siluisq;
 elicere: siue obsidione premere posset. Legati ad eū
 principes heduorum ueniunt oratum: ut maxime
 necessario tempore ciuitati subueniat: summo esse
 in periculo rem quod cum singuli magistratus anti-
 quitus creari atq; regiam potestatem annum retine-
 re consuessent: duo magistratum gerant & se uteq;
 eorum legibus creatum esse dicat. Horum ēē alter

conuinctolanem florentem & illustrem adoleſcē-
tem: alterum cotum antiquiſſima familia natuz:
atq; ipſum hominem ſummę potentię & magnę co-
gnationis: cuius frater ualetiacus proximo anno eū-
dem magistratum gesserit: ciuitatem eſſe omnem
in armis: diuiſum ſenatum: diuiſum populum:
ſuas cuiuſq; eorum clientelas. Quod ſi diutius ala-
tur controuerſia fore uti pars cum parte ciuita-
tis confligat: id ne accidat poſitum in eius dili-
gentia atq; auctoritate. Ceſar & ſi a bello atque
hoſte diſcedere detrimentoſum eſſe exiſtimabat: ta-
men non ignorans quanta ex diſſenſionibus incom-
moda oriri conſueſſent: ne tanta & tam conuicta
populo ro. ciuitas quam ipſe ſemper aluiſſet: om-
nibuſq; rebus ornaiſſet: ad uim atq; arma diſcede-
ret: atq; ea pars que minus confideret: auxilia
a uercingetorige accerſeret: huic rei præ occurrē-
dum exiſtimauit: & quod legibus heduorum iis qui
ſummum magistratum obtinerent: excedere ex fi-
nibus non licere: ne quid de iure aut de legibus eo-
rum diminuiſſe uideretur. Ipſe in heduos proficiſci
ſtatuit: ſenatumq; omnem & quos inter controuer-
ſia eſſet ad ſe etiam euocauit. Cum propē omnis
ciuitas eo conueniſſet: docenturq; paucis clam cō-
uocatis: alio loco: alio tempore atq; oportuerit fratrem
& fratrem renuntiatum. Cum leges duos ex una fa-
milia uiuo utroq; non ſolum magistratus creari ue-
tarent: ſed etiam in ſenatum eſſe prohiberent: co-
tum deponere imperium coegit. Conuictolanē
qui per ſacerdotes more ciuitatis intermiſſis ma-

Detrimentoſum.

gistratibus esset creatus potestatem obtinere iussit. Hoc
 decreto interpolato cohortatus heduos ut controuersia-
 rum ac dissensionis obliuisceretur. Atq; omnibus omis-
 sis iis rebus huic bello seruirent. Ea que meruissent
 premia abse deuicta gallia expectarent: equitatuq;
 omnem & peditum milia decem sibi celeriter mitte-
 rent: que in presidijs rei frumentarię causa dispone-
 ret exercitum in duas partes diuisit. Quattuor legi-
 ones in senones parasiosq; labieno ducendas dedit:
 sed ipse in aruernos ad opidum gergoniam secundu
 flumen clauer duxit. Equitatus partem illi attri-
 buit: partem sibi reliquit. Qua re cognita uercingeto-
 rix: omnibus interruptis eius fluminis partibus:
 ab altera fluminis parte iter facere cepit. Cum utq;
 utrinq; exisset exercitus in conspectu: fereq; e regione
 castris castra ponebant: dispositis exploratoribus: necu-
 bi effecto ponte romani copias traducerent. Erat in
 magnis cesaris difficultatibus res: ne maiorem esta-
 tis partem flumine impediretur: quod non fere an-
 te autunnum clauer uado transiri solet. Itaq; ne
 id accideret: siluestri loco situm e regione unu eor-
 pontium quos uercingetorix rescindendos curauerat:
 postero die cum duabus legionibus in occulto resti-
 tuit: reliquas copias cum omnibus impedimētis:
 ut consueuerat misit demptis quibusdam cohō-
 tib; uti numerus legionum constare uideret.
 His q; longissime possent egredi iussis: cum iam ex
 diei tempore coniecturam coeperat in castra pro-
 uentum iisdem sublicis quarum pars inferior in-
 tegra remanebat: pontem reficere cepit: celeriter

Clauer flumen.

effecto opere: legionesq; & loco castris idoneo delecto reliquas copias reuocauit. Vercingetorix re cognita. ne contra suam uoluntatem dimicare cogeretur: magnis itineribus antecessit. Caesar ex loco coniunctis castris gergoniam peruenit: equestrisq; eo die prelio leui facto perspecto urbis situ: que posita in altissimo monte omnes aditus difficiles habebat: de expugnatione non prius agendum constituit: quam rem frumentariam expedisset. At uercingetorix castris prope opidum positus mediocribus circum se interuallis separatis singularum ciuitatum copias collocauerat. Atque omnibus eius iugi collibus occupatis qua despici poterat: horribilem speciem prebebat: principesq; earum ciuitatum quos sibi ad concilium capiendum delegerat: prima luce quotidie ad se uenire iubebat: seu quid communicandum seu quid administrandum uideretur: neque ullum fere die intermittebat: quin equestri prelio interiectis sagittarijs quid in quoque esset animi ac uirtutis suorum perspiceret. Erat e regione opidi collis sub ipsis radicibus montis egregie munitus: atque ex omni parte circumcisus. Quem si tenerent nostri: & aque magna parte & pabulatione libera prohiberetur hostes uidebantur. Sed is locus presidio ab iis non nimis firmo tenebatur: tamen silentio noctis cesar. ex castris egressus prius quam subsidio ex opido ueniri posset: deiecto presidio potitus est loco. Duas ibi legiones collocauit: fossamq; duplicem duodenum pedum a maioribus castris ad minora perduxit: ut tuto ab repentino hostium incursum etiam singuli commeare posset.

Dum hæc ad gergoniam geruntur conuictolitanis heduo-
 us cui magistratum adiudicatum à cesare demonstra-
 uimus: sollicitatus ab aruernis pecunia: cum quibus-
 dam adolescentibus colloquitur: quorum erat prin-
 cept litauicus atq; eius fratres amplissima familia
 nati adolescentes: cum iis premium communicat:
 hortaturq; ut se liberos & imperio natos memine-
 rint: unam esse heduorum ciuitatem que certissima
 galliæ uictoriam detineat: eius auctoritate reliquas
 contineri. Quia traducta locum consistendi roma-
 nis in gallia non fore: esse non nullo se cesaris be-
 neficio affectum: sic tamen ut iustissimam apud
 eum causam obtinuerit: sed plus communi liber-
 tati tribuere. Cur enim potius hedui de suo iur
 & de legibus ad cesarem disceptaturi: q̄ romani
 ad heduos ueniant: Celeriter adolescentibus
 & oratione magistratus & premio deductis
 cum se ut principes eius consilij fore profiteren-
 tur: ratio perficiendi quereretur: quod in ciui-
 tatem temere ad suscipiendum bellum addu-
 ci posse non confidebant. Placuit ut litauicus
 cum decem milibus que cesari ad bellum mit-
 terentur: preficerentur: atq; ea ducenda cura-
 ret: fratresq; eius ad cesarem precurrerent: reli-
 qua qua ratione agi placeat instituunt. Litau-
 cus accepto exercitu cum milia passuum circiter
 xxx. ab gergonia abisset: conuocatis subito mili-
 tibus lacrimans: quo proficiscimur inquit mili-
 tes. Omnis noster equitatus omnis nobilitas
 interijt. Principes ciuitatis eporedorix & uirido-

marus insimulati prodicionis ab romanis in dicta cau-
sa interfecti sunt. Hec ab ipsis cognoscite qui ex ipsa cede
fugerunt. Nam ego fratribus atq; omnibus meis propi-
quis interfectis dolore prohibeor que gesta sunt pronun-
tiare. Producuntur ii quos ille edocuerat que dici uel-
let: atq; eadem que litauicus pronuntiauerat: mul-
titudini exponunt multos equites heduorum interfec-
tos quod colloquuti cum aruernis dicerentur. ipsos
se inter multitudinem militum occultasse: atq; ex
media cede fugisse conclamant hedui: & litauicum
obsecrant ut sibi consulat. Quasi uero inquit co-
siliij sit res ac non necesse sit nobis in gergoniam co-
tendere: & cum aruernis nosmet coniungere. an
dubitamus quin nefario facinore admissio roma-
ni iam ad nos interficiendos concurrant. proinde
si quid in nobis animi est persequamur eorum mo-
tem qui indignissime interierunt: atq; hos latrones
interficiamus. Ostendit ciues romanos qui eius prae-
sidii fiducia una erant: magnum numerum frumen-
ti commeatumq; diripit: ipsos crudeliter excruciatos
interficit: nuntios tota ciuitate heduorum dimittit:
eodem mendacio de cede equitum & principum pro-
uet hortatur ut simili ratione atq; ipse fecerit suas
iniurias persequantur. Eporedorix heduus summo loco
natus adolescens: & summe domi potentis & una ui-
ridomarus pari etate & gratia sed genere dispari que
cesar a diuiatice sibi traditum ex humili loco ad su-
mam dignitatem perduxerat & in equitum nume-
ro conuenerant nominatim ab eo euocati. lis erat
se de principatu contentio: & in illa magistratuum

controuersia. Alter pro conuictolitane: alter pro cotto
 summis opibus pugnauerant. Ex iis eporedorix cogni-
 to litauici consilio media fere nocte rem ad cesarem
 defert. Orat ne patiatur ciuitatem prauis adolescen-
 tum consilijs ab amicitia populi ro. deficere: quod futurus
 prouideat: ne se tot hominum milia cum hostibus con-
 iunxerint: Quorum salutem neq. propinqui negligere
 neq. ciuitas leui momento existimare posset. Magna
 affectus sollicitudine hoc nuntio cesar: quod semper
 heduorum ciuitati precipue indulserat: nulla inter-
 posita dubitatione legiones expeditas quattuor: equita-
 tumq. omnem ex castris educit. Nec fuit spatium ta-
 li tempore ad contrahenda castra: quod res posita in
 celeritate uidebatur. Fabium legatum cum legioni-
 bus duabus castris presidio reliquit. Fratrem Litau-
 ci cum comprehendi iussisse paulo ante reperit ad hos-
 tes fugisse adhortatus milites: ne necessario tempore
 itineris labore permoueantur: cupidissimis omnib.
 progressus milia passuum xxv. agmen heduorum
 conspiciatus immisso equitatu iter eorum moratur
 atq. impedit: interdicitq. omnibus ne quenq. inter-
 ficiant: eporedorigem & uiridomarum quos illi inter-
 fectos existimabant inter equites uersari suosq. ap-
 pellare iubet. His cognitis & litauici fraude perspecta
 hedui manus tendere: deditioem significare: et
 proiectis armis mortem deprecari incipiunt. Lita-
 uicus cum suis clientibus quibus more gallorum
 nefas est: etiam in extrema fortuna deserere patro-
 nos Gergoniam profugit. Cesar nuntijs ad ciuitate
 heduorum missis: qui suo beneficio consuatos doce-

rent: quos iure belli interficere potuisset. Tribusq; horis noctis exercitui ad quietem datis castra ad gergonia mouit medio fere itinere equites a fabio nulli: quanto res in periculo fuerit exponunt: summis copiis castra oppugnata demonstrant. Cum crebro integri defessis succederent: nostrorumq; assiduo labore defatigaret: quibus propter magnitudinem castrorum perpetuo esset iisdem in uallo permanendum multitudine sagittarum atq; omnis generis telorum multos uulneratos. Ad haec sustinenda magno usui fuisse tormenta. Fabium discessu eorum duabus relictis portis obstruere ceteras: pluteosq; uallo abdere: & se in posterum diem simileq; casum expectare. His rebus cognitis cesar summo studio militum ante ortum solis in castra peruenit. Dum haec ad gergoniam geruntur: hedui primis nutijs ab litauico acceptis nullum sibi ad cognoscendum spatium relinquunt: impellit alios auaritia: alios iracundia & temeritas: quae maxime illi hominum generi est innata: ut leuem auditionem habent pro re compta: bona ciuium romanorum diripiunt: cedes faciunt: in seruitutem abstrahunt: adiuuat rem proclinatam conuidtolitanicus: plebemq; ad furorem impellit: ut facinore admissa ad sanitatem reuertipudeat. Marcum aristum tribunum militum iter ad legionem faciendam: fide data ex opido cauillano educunt idem facere cogunt eos qui negociandi causa ibi constiterant. Hos continuo in itinere adhortationibus impedimentis exuunt: repugnantes diem noctemq; obsident. Multis utrinq; interfectis: maiorem multitudinem armatorum concitant. Interim nuntio

allato omnes eorum milites in potestate cesaris teneri.
 Concurrunt ad Ariltium: nihil publico factum consilio
 demonstrant: questionem de bonis direptis decernunt.
 Litauici fratrumq; bona publicant: legatos ad cesarē
 sui purgandi causa mittunt. Hæc faciunt recupera-
 dorum suorum causa: sed contaminati facinore: et
 capti compendio ex direptis bonis: quod ea res ad mul-
 tos pertinebat: timore pœnæ exterriti: consilia clam
 de bello inire incipiunt: ciuitates reliquas legatio-
 nibus sollicitant. Quæ tam si cesar intelligebat: tñ
 q̄mitissime potest: legatos appellat: nihil se propter
 inscientiam leuitatemq; uulgi grauius de ciuita-
 te iudicare: neq; de sua in heduos beniuolentia di-
 minuere: ipse maiorem galliæ motum expectans:
 ne ab omnibus ciuitatibus circūliteretur consilia
 inibat quæ admodum a gergonia discederet: ac rur-
 sus omnem exercitum contraheret: ne profectio
 nata a timore defectionis similis fuge uideretur.
 Hæc cogitanti accidere uisa est facultas bene reigerende
 nam cum in minora castra opera perficiendi causa ue-
 nisset: animaduertit collem qui ab hostibus tenebatur
 nudatum hominibus: qui superioribus diebus uix præ
 multitudine cerni poterat: admiratus querit ex p̄
 fugis causam. Quorum magnus ad eum quotidie nu-
 merus confluebat. Constabat inter omnes quod iā
 ipse cesar per exploratores cognouerat dorsum esse
 eius iugi prope equum: sed hunc siluestrem & angus-
 tum qua esset aditus ad alteram partem opidi ue-
 hementer. Huic illos loco timere nec iam aliter sen-
 tire: uno colle ab romanis occupato si alterz amisisset:

quoniam pene circumvallati atque omni exitu & pabulatione intercludi uiderentur. Adhuc muniendum omnes a uercingetorige euocatos. Hac re cognita cesar mittit complures equitum turmas. easdem media nocte imperat. ut paulo tumultuosius omnibus locis uagarentur. Prima luce magnum numerum impedimentorum ex castris detrahi milionesque cum cassidibus equitum specie ac simulatione collibus circumuehi iube. His paucos addit equites qui latius ostentationis causa uagarentur. Longo circuitu easdem omnes iube petere regiones. Hec procul ex opido uidebantur. ut erat a gergonia despectus in castra. neque tanto spatio certi quid esset explorari poterat. Legionem unam eodem iugo mittit. & paulum progressa inferiore constituit loco. siluisque occultat. Augetur galli suspicio. atque omnes illo munitionum copie traducuntur. Vacua castra hostium cesar conspicatus tectis insignibus suorum occultatisque signis militaribus raros milites qui ex opido animaduertentur. ex maioribus castris in minora traducit. legatisque quos singulis legionibus prefecerat quid fieri uelit ostendit. Imprimis monet ut contineant milites. ne studio pugnandi aut spe prede longius progrediantur. Quid iniquitas loci habeat incommodi proponit. Hoc una celeritate posse mutari optionis esse rem non prelii. His rebus expositis. signum dat & a dextra parte. Alio ascensu eodem tempore ad heduos mittit. Opidi murus ab planicie atque initio ascensus recta regione si nullus contractus intercederet. mille. cc. passus aberat. quicquid huic

circuitus ad moliendum cliuium acceſſerat id ſpa-
 tium itineris augebat: & a medio fere colle in longi-
 tudine ut natura montis ferebat ex grandibus ſaxis
 ſex pedum murum qui noſtrum impetum tardaret
 produxerant galli: atq; inferiore omni ſpatio uacuo
 relicto ſuperiorem partem collis uſq; ad murum opi-
 di denſiſſimis caſtris compleuerant. Milites dato
 ſigno celeriter ad munitionem perueniunt: eamq;
 tranſgreſſi trinis caſtris potiuntur: ac tanta fuit in
 caſtris capiendis celeritas: ut vacomapatuſ rex tu-
 riobrogum ſubito in tabernaculo oppreſſus ut meridi-
 e conqueuerat: ſuperiore corporis parte nudata:
 uulnerato equo uix ſe ex manibus predantium mi-
 litum eriperet. Conſecutus id quod animo propoſu-
 erat ceſar receptui cani iuſſit: legioniq; decime: qua
 cum erat contionatus ſigna conſtituit. Ac reliquar;
 legionum milites non exaudito ſono tube: quod
 ſatis magna uallis intercedeſſat: tamen a tribu-
 nis militum: Legatiſq; ut erat a ceſare precep-
 tum retinebantur. Sed elati ſpe celeris uictorie &
 hoſtium fuga: & ſuperiorum temporum ſecundis
 preliis: nil adeo ſibi arduum eſſe exiſtimauerunt:
 quod non uirtute conſequi poſſent: neq; finem
 prius ſequendi fecerunt: q̄ muro opidi portiq; ap-
 propinquarent. Tum uero ex omnibus urbis par-
 tibus orto clamore: qui longius aberant: repetitio
 tumultu perterriti. cum hoſtem itra portas eſſe
 exiſtimarent: ſeſe ex opido eiecerunt. Matres
 familie de muro ueſtem argentumq; iactabant:
 & pectore nudo prominentes paſſis manibus



ostentabantur romanos ut sibi parcerent: neu sic
auarici fecissent: ne a mulieribus quidem atq; infan-
tibus abstinerent: nonnulli de muris per manus
demisse sese militibus tradebant. Rabius centurio
legionis viii. quem inter suos eo die dixisse consta-
bat: excitari se auarici censibus premiisq; neq; co-
missurum ut prius quisq; murum ascenderet: tres
suos nactus manipulares: atq; ab iis subleuatus
morum ascendit. Hos ipse rursus singulos exceptas
in murum extulit. Interim ii qui qui ad alteram
partem opidi ut supra demonstrauius, munitioni
causa conuenerant: primo exaudito clamore: in-
de etiam crebris nuntijs incitati opidum a roma-
nis teneri: premissis equitibus magno concursu
eo contenderunt: eorum ut quisq; primus uene-
rat sub muro consistebat: suorumq; pugnantium
numerum augebat. Quorum cum magna multi-
tudo conuenisset: matres familie: que paulo ante
romanis manus tendebant de muro suos obtesta-
ri & more gallico passum capillum ostentare: libe-
rosq; in conspectum proferre ceperunt. Erat roma-
nis nec loco nec numero equa contentio simul &
cursu & spatio pugne defatigati: non facile recetes
atq; integros sustinebant. Cesar cum iniquo loco
pugnari hostiumq; augeri copias uideret: premetu-
ens suis: ad Titum sextum legatum quem minori-
bus castris presidio reliquerat, misit: ut cohortes ex
castris celeriter educere: & sub infimo colle a dex-
tro latere hostium constituere: ut si nostros loco de-
pulsos uidisset: quo minus libere hostes insequere-

tur terreret. Ipse paulum ex loco cum legione progres-
sus ubi constituerat: euentum pugne expectabat:
cum acerrime cominus pugnaretur. hostes loco & nūo
nostri uirtute confiderent: subito sunt hedui uisi a la-
tere nostris aperto. Quo cesar a dextera parte alio ascē-
su manus distinende causa miserat: ii similitudine
armorum uehementer nostros perterruerunt ac ta-
men si dextris humeris exertis animaduertebantur:
quod insigne peccatum esse consueuerat: tamen id ipso
sui fallendi causa milites ab hostibus factum existima-
bant. Eodem tempore Lucius fabius centurio qui que-
una murum ascenderant circūuenti atq; interfecti
muro precipitabantur. Marcus petronius eiusdem
legionis centurio cum portas excidere conatus est: a
multitudine oppressus ac sui desperans: multis iam
uulneribus acceptis manipularibus suis qui illum
secuti erant. Quoniam inquit me una uobiscum
seruare non possum: uestre quidem uite prospiciam:
quos cupiditate glorie adductus in periculum dedu-
xi: uos data facultate uobis consulite: simul in me-
dios hostes irrupit. Duobus quoq; interfectis: Reliqs
a porta paulum submouit: conantibus auxilia-
ri suis frustra inquit mee uite subuenire conami-
ni quem iam sanguis uiresq; deserunt. proinde hīc
abite dum est facultas: uosq; ad legionem recipite.
Ita pugnans post paululum concidit ac suis saluti fuit.
Nostri cum undiq; premerentur xlvi. centurionibus
amissis deiecti sunt loco. Sed intollerantius gallos
insequentes legio decima tardauit: que pro subsidio
paulo equiore loco constiterat. Hanc rursus xiii. legi-

Fortitudo marci petron

onis cohortes exceperunt. Quae ex castris minoribus
eductae cum Tito sextio legato ceperant locum superio-
rem. Legiones ubi primum planitiem attigerunt: ius-
tis contra hostes signis constituerunt. Vercingetorix abra-
dicibus collis suos intra munitiones reduxit. Eo die mi-
lites sunt paulum minus septingenti desiderati: poste-
ro die cesar contione aduocata: temeritatem cupidita-
temque militum reprehendit: quod sibi ipsi iudicauis-
sent quo procedendum aut quid agendum uideretur:
neque signo recipiendi dato constitissent: neque a tri-
bunis militum legatisque retineri potuissent exposuit
quid iniquitas loci posset: quid ipse aduaticum senserit:
cum sine duce & sine equitatu deprehensis hostibus
exploratam uictoriam dimisisset: ne paruum modo de-
trimentum in contentione propter iniquitatem loci
accideret. Quantopere eorum animi magnitudines
admiraretur: quod non castrorum munitiones: non
altitudo montis: non murus oppidi tardare potuisset:
tantopere licentiam arrogantiamque reprehendere: quod
plus se quam imperatorem de uictoria atque exitu rerum
sentire existimarent: nec minus se ab iis milite mo-
destiam & continentiam: quam uirtutem atque animi ma-
gnitudinem desiderare. Hac habita contione: & ad ex-
tremum oratione confirmatis militibus ne ob hanc ca-
usam animo permouerentur: ne quod iniquitas lo-
ci attulisset: id uirtuti hostium tribuerent: eadem de
profectione cogitans quae ante senserat: legiones ex ca-
stris eduxit: aciemque idoneo loco constituit. Cum uer-
cingetorix nihilominus in equum locum descendere:
leui facto equestri prelio atque secundo in castra exercitum

reduxit. Cum hoc idem postero die fecisset. satis ad galli-
 cam ostentationem muniendam. militumq; animos
 confirmandos factum existimans in heduos mouit
 castra ne tum quidem insecutis hostibus. tertio die ad
 flumen elaber. pontes reficit: eoq; exercitum traducit.
 Ibi a uiridomaro atq; eporedorige heduis appellatus di-
 dicit cum omni equitatu litauicum ad sollicitandos
 heduos profectum: opus esse ipsos antecedere ad con-
 firmendam ciuitatem & si multis iam rebus perfidi-
 dia heduorum perspectam habebat. atq; horum disce-
 su ad maturari defectionem ciuitatis existimabat. ta-
 men eos retinendos non constituit. ne aut ferre inui-
 riam uideretur. aut dare timoris aliquam suspicio-
 nem. Discedentibus his. breuiter sua in heduos me-
 rita exposuit. quos & q̄ humiles accepisse. & compul-
 sos in opida multatos agris omnibus ereptis copiis
 imposito stipendio obsidibus summa cum contume-
 lia extortis. & quam infortunam quamq; in am-
 plitudinem deduxisset. ut non solum in pristinum
 statum redissent. sed omnium temporum dignitatē
 & gratiam antecessisse uiderentur. His datis man-
 datis eos ad se dimisit. Nouiodunum erat opidum
 heduorum ad ripas ligeris opportuno loco positum.
 Huc cesar omnes obsides gallie. frumentum. pecuniā
 publicam. suorum atq; exercitus impedimentorū
 magnam partem contulerat. Huc magnum nu-
 merum equorum huius belli causa in italia atque
 hispania coemptum miserat. Eo cum eporedorige
 uiridomarusq; uenissent. & de statu ciuitatis cogno-
 uissent. litauicum libratte ab heduis acceptum q̄t

est opidum apud eos maximè auctoritatis conuictio-
litanem bibratti magistratum magnamq; partem
ad eum senatus conuenisse: legatos aduercingeto-
rigem de pace & amicitia consilianda publice mis-
sos non pretermittendum tantum commodum exis-
timauerunt. Itaq; interfectis nouioduni custodibus:
quiq; eo negociandi causa conuenerant: pecuniã atq;
equos inter se partiti sunt: obsides ciuitatum bibratte
ad magistratum deducendos curauerunt: opidum
quod a se teneri non posse iudicabant: ne cui esset u-
sui romanis incenderunt. Frumenti quod subito
potuerunt: nauibus aduexerunt: reliquum flu-
mine atq; incendio corruperunt. Ipsi ex finitimis
regionibus copias cogere: presidia custodiaq; ad ri-
pas ligeris disponere: equitatumq; omnibus locis
iniiciendi timoris causa ostentare coeperunt. Si ab-
re frumentaria romanos excludere: aut adductos
inopia ex prouincia expellere possent. Quam ad-
spem multum eos adiuuabat: quod liger ex niuib;
creuerat: ut omnino uado non posse transiri ui-
deretur. Quibus rebus cognitis cesar maturãdum
sibi censuit: si esset imperficiendus pontibus peri-
clitandum: priusq; essent maiores eo coactę copiae
dimicaret. Nam ut commutato consilio iter in pro-
uinciam conuerteret: id ne metu quidem necessa-
rio faciendum existimabat: cum infamia atq; indi-
gnitas rei: & oppositus mos ceuenne uiarumq; diffi-
cultas impediebat: tum maxime quod adiuncto
labieno: atq; iis legionibus quas una miserat uehe-
menter timebat. Itaq; admodum magnis diurnis

nocturnisq; itineribus confectis contra omnium opinio-
nem ad ligerim uenit. Vadq; per equites inuento pro rei
necessitate opportuno: ut brachia modo atq; humeri ad
substinenda arma liberi ab aqua esse possent: disposito
equitatu qui uim fluminis restringeret: atq; hostibus
primo aspectu perturbatis: incolumem exercitum
traducit: fumentumq; in agris & pecoris copia na-
tus: repleto rebus his exercitu iter in senones facere
instituit. Dum hec apud cesarem geruntur. Labie-
nus eo supplemento quod nuper exitatalia uenerat
relicto agendi cui esset impedimentis presidio: cum
quattuor legionibus luteciam proficiscitur. Id est
opidum parisiory: quod positum est in insula flumi-
nis sequane: cuius aduentu ab hostibus cognito: ma-
gne ex finitimis ciuitatibus copie conuenerunt.
Summa imperii traditur camulogeno aulerc: qui
prope confectus etate: tamen propter singularem
scientiam rei militaris ad eum est honorem euo-
catus. Is cum animaduertisset perpetuam esse pa-
ludem que influeret in sequanam: atq; omnem
illum locum magnopere impediret: hic consedit nos-
trosq; transitu prohibere instituit. Labienus primo
uineas agere: cratibus atq; aggere paludem exple-
re: atq; iter munire conabatur. Postq; id difficilius
fieri animaduertit: silentio e castris tertia uigi-
lia egressus: eodem quo uenerat itinere melledu-
num peruenit. Id est opidum senonum in insula
sequane positum: ut paulo ante de lutecia dixim⁹
deprehensis nauibus circiter quinqueginta cele-
riterq; coniunctis: atq; eo militibus iniectis & rei

nouitate perterritis opidanis: quorum magna pars erat
ad bellum euocati sine contentione opido potitur: refectiq;
ponte quem superioribus diebus hostes rescinderat: exer-
citurum traducit. & secundo flumine ad lutetiam iter
facere corripit. Hostes re cognita ab iis qui camulogeno
fugerant lutetiam incendi potestq; eius opidi rescidi iu-
bent. Ipsi prospecta palude ad ripas sequane ex regio-
ne luteis contra labieni castra confidunt. Iam cesar
a gergonia discessisse audiebatur. Iam de heduorum
defectione & secundo galliae motu rumores affere-
bantur: gallique in colloquijs interclusum itinere: &
Ligeri caesarem inopia frumenti coactum in prouin-
ciam contendisse confirmabant. Bellouagi autem de-
fectione heduorum cognita quia ante erant per se in-
fideles manus cogere atque aperte bellum parare ce-
perunt. Cum Labienus tanta rerum commutatio-
ne longe aliud sibi capiendum consilium atq; antea
senferat intelligebat: neq; iam ut aliquid acquireret:
preliq; hostes lacessera: sed ut incolumem exercitum
Agemmicum reducere cogitabat. Namq; altera ex parte
bellouagi que ciuitas in gallia maximam habet opi-
nionem uirtutis instabat. Alteram camulogenus
parato atq; instructo exercitu tenebat: cum legio-
nes a presidio atq; impedimentis interclusas ma-
ximum flumen distinebat. Tantis subito difficulta-
tibus obiectis ab animi uirtute auxilium petendum
uidebat. Sub uesperum concilio conuocato cohorta-
tus ut ea que imperasset diligenter industriq; admi-
nistrarent. Naues quas a medadone deduxerat sin-
gulas equitibus romanis attribuit. Et pma uigilia

confecta .iiii. milia passuum secundo flumine silentio
 progredi ubiq; se expectari iubet. Quinq; cohortes quas mi-
 nime firmas ad dimicandum esse existimabat castris
 presidio reliquit. Quinq; eiusdem legionis reliquas de
 media nocte cum omnibus impedimentis aduerso flu-
 mine magno tumultu proficisci imperat: congrit
 etiam lintres: has magno sonitu remorum incitatas
 in eandem partem mittit. Ipse post paulo silentio egres-
 sus cum tribus legionibus eundem locum petit quo na-
 ues appelli iusserat. Eo cum esset uentum: explorato-
 res hostium omni fluminis parte erat dispositi in-
 opinantes quod magna subito cohorta tempestas
 ab nostris opprimuntur exercitus equitatusq; equi-
 tibus ro. administrantibus: quos ei negotio prefe-
 cerat celeriter transmittitur. Vno fere tempore s; b
 lucem hostibus nuntiatur in castris romanorum pre-
 ter consuetudinem tumultuarium & magnum ire
 agmen aduerso flumine: sonitumq; remorum in
 eandem partem exaudiri & paulo infra milites
 nauibus transportari. Quibus rebus auditis quod
 existimabant tribus locis transire legiones atque
 omnes perturbatos defectione hecduorum fugam pa-
 rare: suas quoq; copias in tres partes distribuerunt.
 Nam presidio regione castrorum relicto & parua ma-
 nu elesedum uersus missa que tantum progredia-
 tur: quantum naues processissent reliquas copias
 contra labienum duxerunt. Prima luce & nostri
 omnes erant transportati & hostium acies cerne-
 bantur. Labienus milites cohortatus: ut sue pristi-
 ne uirtutis & secundissimorum preliorum retinere

memoriam atq; ipsum cesarem cuius ductu sepe nūo
hostes superassent: presentem adesse existimarent:
dat signum prelii. Primo concursu a dextro cornu ubi
septima legio constitit: hostes pelluntur: atq; in fugam
coniiciuntur. Ab sinistro quem locum quintadecima
tenebat legio: cum primi ordines hostium transfixi
telis concidisset: tamen acerrime reliqui resistebat:
nec dabat suspensionem fugę quisq;. Ipse dux hostium
Camulogenus suis aderat: atq; eos cohortabatur in cer-
to nunc etiam exitu uictorię: cum a septima legione
tribunis essent nuntiata que in sinistro cornu ge-
rerentur. post tergum hostium legionem ostenderunt:
signaq; intulerunt: ne eo quidem tempore quisq; loco
cessit: sed circūuenti omnes interfectiq; sunt. Ean-
dem fortunam tulit camulogenus. At ii qui præ-
sidio contra labienum erant relictī: cum prelium
commissum audissent subsidio suis ierunt: collegę
coeperunt: neq; nostrorum militum uictorumque
impetum sustinere potuerunt. Sic cum suis fugie-
tibus permixti: quos non silue montesq; texerunt
ab equitatu sunt interfecti. Hoc negocio confecto
labienus reuertitur Agedincum: ubi impedimēta
totius exercitus relicta erant: inde cum omnibus
copijs ad cesarem peruenit. Defectione heduorum
cognita bellum augetur: legiones in omnes partes
circūmittuntur: quantum gratia: auctoritate: pe-
cunia ualent ad sollicitandas ciuitates mittunt:
nacti obsides quos cesar apud eos deposuerat ho-
rum supplicio dubitantes territant. Petunt a uer-
cingetorige hedui ut ad se ueniant: rationesque

belli gerendi communicet. Re imperata contendunt ut
 ipsis summa imperii tradatur & rem in controuersia de-
 duci. Totius gallie concilium bibratte indicitur. Eodem
 conueniunt undiq; frequentes multitudines suffragis
 res permittitur. Ad unum omnes uercingetorigem
 probant imperatorem. Ab hoc concilio remuligones
 treueri aufugerunt: illi quod amicitiam romanoru
 sequantur. Treueri quod aberant longius & a germa-
 nis premebantur. Quae fuit causa quare toto abes-
 sent bello & neutris auxilium mitterent. Magna do-
 lore hedui fuerunt: sed deiecto principatu queruntur
 fortunae commutationem & cesaris indulgentiam
 in se requirunt: neq; tamen suscepto bello suum con-
 silium ab reliquis separare audent. Inuiti summae
 spei adolescentes eporedorix & uiridomarus uercin-
 getorigi parent. Ipse imperat reliquis ciuitatibus ob-
 sides deniq; ei rei constituit diem. huc omnes equi-
 tes ⁱⁿ xv numero celeriter conuenire iubet. pedita-
 tu quem ante habuerat se fore contentum dicit:
 neq; fortunam temptaturum aut in acie dimicatu-
 rum. Sed quoniam abundet equitatu: perfacile ee
 factu frumentationibus pabulationibus romanos
 prohibere equo modo animo sua ipsi frumenta cor-
 rumpant edificiaq; incendant: qua rei familia-
 ris iactura perpetuum imperium libertatemq; con-
 sequi uideantur. His constitutis rebus heduis sugu-
 sianisq; qui sunt finitimi eius prouinciae decem milia
 peditum imperat: huc addit equites octingentos:
 iis praeficit fratrem eporedorigis bellumq; inferri
 allobrogibus iubet. Altera ex parte gaballos proxi-

Indulgentia.

mosq; pagos aruernorum in heluetios: item in rutenos cadurcosq; affines uolgarum aremicorumq; depopulandos mittit: nihilominus clandestinis nuntijs legationibusq; allobroges sollicitat: quorum mentes nondum a superiore bello resedisse sperabat. Horum principibus pecunias: ciuitati autem imperium totius prouincie pollicetur. Ad hos omnes casus prouisa erant presidia cohortium duarum & uiginti: que ex ipsa prouincia a Lucio cesare legato ad omnes partes opponebantur. Heluetij sua sponte cum finitimis prelio congressi pelluntur. Et caio ualerio domotauro cabunci filio principe ciuitatis compluribus aliis interfectis: intra opida ac muros compelluntur. Allobroges crebris ad rhodanum dispositis subsidiis magna cum cura & diligentia suos fines tuentur. Cesar quod hostes equitatu superiores esse intelligebat: & interclusis omnibus itineribus: nulla re ex prouincia atq; italia subleuari poterat: transrhenum in germaniam mittit ad eas ciuitates quas superioribus annis pacauerat: equitesq; ab iis accersit: & leuis armature pedites qui inter eos preliari consueuerant. Eorum aduentu quod minus idoneis equis utebantur: a tribunis militum reliquisq; equitibus romanis atq; euocatis equos sumit: germanisq; distribuit. Interea dum hec geruntur: hostium copie ex aruenis: equitesq; qui toti gallie erant imperati conueniunt: magno horum coacto numero. Cum cesar insequanos per extremos lingonum fines iter faceret: quo facilius subsidium prouincie ferri posse:

circiter milia passuum decem ab romanis trinis castris
 uercingetorix confedit. Conuocatisq; ad concilium pre-
 fectis equitum uenisse tempus uictorie demonstrat.
 fugere in prouinciam romanos galliaq; excedere id
 sibi ad presentem obtinendam libertatem satis esse
 ad reliqui temporis pacem atq; ocium parum profici.
 Maioribus enim coactis copiis reuersuros neq; finē bellā-
 di facturos proinde agmine impeditos adorirentur.
 si peditibus suis auxilium ferant atq; in eo morerentur.
 iter facere non posse si id quod magis futurum confi-
 dat relictis impedimentis sue salutē consulant. & u-
 su rerum necessariorum & dignitate spoliatum iri. Na-
 de equitibus hostium quin nemo eorum progredi mo-
 do extra agmen audeat. & ipsos quidem non debe-
 re dubitare id quo maiore faciant animo copias
 se omēs pro castris habiturum & terrori hostibus
 futurum. Conclamant equites sanctissimo iureiura-
 do confirmari oportere nec tecto recipiatur ne ad li-
 beros ne ad parentes ad uxorem aditum habeat q
 non bis per agmen hostium peregritasset. Proba-
 ta re atq; omnibus iureiurando adactis. Postero
 die in tres partes distributo equitatu duas se acies
 a duobus lateribus ostendunt. Vna primo agmine
 iter impedire cepit. Qua re nuntiata cesar suum
 quoq; equitatum tripartito diuisum contra hostē
 ire iubet. pugnatur una omnibus in partibus
 constitit agmen. impedimenta inter legiones
 recipiuntur si qua in parte nostri laborare aut
 grauius premi uidebantur. Eo signa inferri ce-
 sar aciemq; constitui iubebat. Que res & hostes ad

utroq; castris in
 prelium inter cesarē
 uercingetorigem

insequendum tardabat. & nostros spe auxilii confirma-
 bat. Tantem germani a nostro dextro latere summū
 iugum nacti hostes loco depellunt fugientes usq; ad
 flumen ubi uercingetorix cum pedestribus copijs con-
 federat persequuntur compluresq; interficiunt. Qua-
 re animaduersa reliqui ne circuirentur ueriti se fuge-
 mandant omnibus locis fit cedes. Tres nobilissimi he-
 dui capti ad cesarem perducuntur. Cottus prefectus
 equitum qui controuersiam cum conuictolitane pro-
 ximis comitijs habuerat. & cauarillus qui post defec-
 tionem lauiti pedestribus copijs prefuerat & eporedo-
 rix quo duce ante aduentum cesaris hedui cum sequa-
 nis bello contenderant. Fugato omni equitatu uer-
 cingetorix copias ut pro castris collocauerat redu-
 xit. protinus alexiam quod est opidum mandubi-
 orum itera facere cepit. celeriterq; impedimēta ex
 castris educi & se subsequi iussit. Cesar impedimē-
 tis in proximum collem deductis duabus legioni-
 bus presidio relictis. secutus quantum diei tempus
 est passum. circiter tribus milibus hostium ex no-
 uissimo agmine interfectis. altero die ad alexiam
 castra fecit. perspecto urbis situ perterritisq; hostibus
 quod equitatus quo maxima parte exercitus confi-
 debat. erant depulsi adhortatus ad laborem mili-
 tes alexiam circūuallare instituit. Ipsum erat opi-
 dum alexia in colle summo admodum edito loco.
 ut nisi obsidione expugnari non posse uideret-
 tur. Cuius collis radices duo duabus ex partibus
 flumina subleuant. Ante id opidum planities
 circiter m̄ p̄. iiii. in longitudinem patebat. Re-

*lota Alexie nobilem oppu-
 gnationem*

liquis ex omnibus partibus colles mediocri interiec-
 to spatio pari altitudinis fastigio opidum cingebant:
 submuroq; pars collis ad orientem solem spectabat.
 Hunc locum copię gallorum compleuerant: fossamq;
 & materiam sex in altitudine pedum perduxerat.
 eiusq; munitionis que ab romanis instituebatur cir-
 cuitus xi. passuum tenebat: castra opportunis locis
 erant posita: ibiq; castella xxvii. facta quibus in cas-
 tellis interdum stationes ponebantur ne qua subito
 eruptio fieret. Hęc eadem noctu excubitoribus ac
 firmis presidiiis tenebantur. Opere instituto: fit e-
 questre prelium in ea planitie: quam intermissa
 collibus tria milia passuum in longitudinem pa-
 tere supra demonstrauiimus. Summa ui ab utrisque
 contenditur. Laborantibus nostris cesar germāos
 submittit: legionesq; pro castris constituit ne qua
 subito irruptio ab hostium peditatu fiat presidio le-
 gionum addito. Nostris animus augetur: hostes in
 fugam coniecti se ipsos multitudine impediunt atq;
 angustiis portis relictis coaceruantur. Tum
 germani acrius usq; ad munitiones sequuntur. Fit
 magna cedes. Nonnulli relictis equis fossam tran-
 sire & materiam transcendere conantur. Paulum
 legiones cesar quas pro uallo constituerat promoue-
 ri iubet non minus qui intra munitiones erant per-
 turbantur. Galli ueniri ad se confestim existiman-
 tes ad arma conclamant. Nonnulli perterriti in
 opidum irrumpunt. Vercingetorix iubet portas
 claudi: ne castra nudentur: multis interfectis:
 compluribus equis captis germani sese recipiunt.

Excubitores.

Equestre prelium.

GERMANI.

Vercingetorix priusq̄ munitiones ab romanis perficiā-
 tur consilium capit. omnem equitatum ab se noctu
 dimittere: discedentibus mandat. ut suam quisq̄ ciui-
 tatem adeat: omnesq̄ qui per statem arma ferē pos-
 sent: ad bellum cogant. Sua in illos merita proponit
 obtestaturq̄ ut suis salutis rationem habeant: neu
 se optime de communi libertate meritum hostibus
 in cruciatum dedant. Quod si indulgentiores fue-
 rint milia hominu delecta Lxxx. una secum interitu-
 ra demostat. Statione inita exigit dierum xxv. feu-
 mentum: & paulo longius etiam tolerari posse parce-
 do. His datis mandatis qua opus erat intermissū.
 secunda uigilia silentio equitatum emittit: frumē-
 tum omne ad se referri iubet: capitis poenam iis
 qui non paruerint constituit. Pecus cuius ma-
 gna erat copia ab manduuijs compulsa uiritim
 distribuit. Frumentum parce & paulatim metiri
 instituit: copias omnes quas pro opido collocauerat
 in opidum recepit. His rationibus auxilia gallie
 expectare & bellum parat administrare. Quibus
 rebus cognitis ex perfugis & captiuis cesar hec gnā
 munitionis instituit. Fossam pedum xx. directis
 lateribus duxit: ut eius fossę solum tantundem pa-
 teret: quantum sumę fossę labra distarent. Re-
 liquas omnes munitiones ab ea fossa pedes qua-
 dringentos reduxit. Id hoc consilio qm̄ tantum el-
 set necessario spatium complexus: nec facile totum cō-
 pus romane militię cingeretur: ne de improviso
 ac noctu ad munitiones hostium multitudo aduo-
 laret: aut interdium tela in nostros operi destinatos

conuicere possent. Hoc intermisso spatio duas fossas quindecim pedes laticas eadem altitudine perduxit. Quarum interiorem campestribus ac dimissis locis aq̄ ex flumine deriuata compleuit. Post eas aggerem ac uallum xii. pedum extruxit. Huic loricas pinnasq̄ adiecit grandibus ceruis eminentibus ad commissuras pluteorū atq̄ aggeres qui ascensum hostium tardarent. & turrea toto opere circūdedit: quę pedes octoginta inter se distarent. Erat eo tempore & materiari & fermentari & tātas munitiones fieri necesse: diminutis nostris copiisq̄ longius ab castris progrediebantur. Ac non nunq̄ opera nostra galli temptare: atq̄ eruptionem ex opido pluribus portis summa ui facere conabantur. Quare rursus ad hæc opera addendum cesar putauit: quo minore numero militum munitiones defendi possent. Itaque truncis arborum haud admodum firmis ramis abscisis: atq̄ horum delibratis ac præacutis cacuminibus perpetue fosse quinque pedes alte ducebantur. Huc illi stipites demissi & ab infimo reuincti ne reuelli possent ab ramis eminebant quini ordines coniuncti inter se atq̄ implicati. Quo qui intrauerant: se ipsi acutissimis uallibus induebant. Hos cippos appellant: quibus obliquis ordinibus in cacumine dispositis scrobes tres in altitudine pedes fodiebantur. Paulatim angustiore ad infimum fastigio: huc teretes stipites feminis crassitudine ab summo præacuti & præusti demittebantur. Ita nō amplius digitis quattuor ex terra emineret: simul cōfirmandi & stabiliendi causa ab infimo solo pedes terra exculpabantur. Reliqua pars scrobis ad occultandas insidias uiminibus ac uinclis impediēbat. Huius

MATERIARI.

CIPPOS.

FEMINIS.

STABILIEDI.

generis octeni ordines iuncti trinos inter se pedes distabant
id ex similitudine floris liliū appellabant. Ante hec ta-
les pedem longe ferreis hamis infixæ totæ interram in-
fodiebantur: mediocribusq; intermissis spatijs omnibus
locis differebantur quos stimulos nominabant. His re-
bus perfectis regiones secutus q; potuit equissimas prolo-
ci natura xiiii milia passuum complexus pari eiusde;
generis munitione diuersas ab iis contra exteriorē
hostem perfecit: ut ne magna quidem multitudine
si ita acciderit p; eius discessum munitionum presi-
dia circumfundi possent: aut cum periculo ex castris
egredi cogantur. Dierum triginta pabulum feumen-
tumq; habere omnes conuectum iube. Dum hec apud
alexiam geruntur: galli concilio principum indicto:
non omnes hos qui arma ferre possent: ut censuit
uercingetorix conuocandos statuunt: sed certum nu-
merum cuiq; ex ciuitate imperandum ne tanta multi-
tudine confusa nec moderari: nec discernere suos: nec fru-
mentationem habere possent. Imperant heduis atque
eorum clientibus segusianis: ambluaretis: aulearcis: brā-
nouicibus: bleouijsq; milia xxxv. parem numerū ar-
uernis: adiunctis heluetijs: cadurcis: balbalis: uellaniis
qui sub imperio aruernorum esse consuerunt: Sequa-
nis: senonibus: biturigibus: santonis: Rutenis: carnu-
tibus duodena milia Bellouacis x. totidem Lemouicibus.
Octona pictonibus & turonis & parisiis & heluetiis bis-
sena milia Senonibus: ambranis: medionatricis: pe-
trocoriis: neruiis: morinis: Niriobrogibus quinamilia:
Adulercis: cenomannis totidem: atrebatibus quat-
tuor. Bellorassis: Luxoniis duo: Eburonibus trina.

Ternauraucis & boiis xxx. Vniuersis ciuitatibus que ocea-
 num attingunt: queq; eorum consuetudine armorice
 appellantur quo sunt innumero coriosolites: rodenes:
 ambibarii: cadetes: offisimi: lemonites: vnelli: ex his bel-
 louaci suum numerum con. compleuerunt: quod de suo
 nomine atq; arbitrio cum romanis bellum gesturos cre-
 debant nec cuiusq; imperio obtemperaturos. Rogati ta-
 men ab comio pro eius hospitio uigintiduo milia mi-
 serunt. Huius opera comii ut antea demonstrauius
 fideli atq; utili superioribus annis erat usus in brita-
 nia cesar. Quibus ille pro meritis ciuitatem eius
 immunem esse iusserat: iura legesq; reddiderat: que ipsis
 que morinis attribuerat. Tamen tanta uniuerse gallie
 consensio fuit libertatis uindicande & pristine laudis
 belli recuperande: ut neq; beneficijs: neq; amicitie me-
 moria moueretur: omnesq; & animo & operibus in id
 belli incumberent. Coactis equitum viii. & pedum circi-
 ter cc. xl. hec in heduorum finibus recensebantur: nūsq;
 inibat: prefecti constituebantur. Comio atrebatu ui-
 ridomaro & eporedorigi heduis: uercassianeuno aruer-
 no consobrino uercingetorigis summa traditur. His
 delectis ex ciuitatibus attribuuntur: quorum concili-
 liobellum administraretur: omnes alacres & fiducia
 pleni ad alexiam proficiscuntur. Neq; erat omnium
 quisq; qui aspectum modo tante multitudinis sustine-
 ri posse arbitraretur: presertim ancipiti prelio cum ex
 opido eruptione pugnaretur. Foris tante copie equi-
 tatus peditatusq; cernerentur. At ii qui Alexie obside-
 bantur: preterita die qua auxilia suorum expectaue-
 rant: consumpto omni frumento: inscij q; in heduis

gereretur concilio coacto de exitu suarum fortunarum
 consultabant: ac uariis dictis sententiis: quarum pars
 deditionem: pars dum uires suppeterent: eruptionem
 censebat. Non pretereunda oratio Critognati uidetur
 propter eius singularem & nefariam crudelitatem. Hic
 summo in aruernis ortus loco & magne habitus aucto-
 ritatis. Nihil inquit de eorum sententia dicturus su:
 qui turpissimam seruitutem deditionis nomine appel-
 lant: neq; hos habendos ciuium loco: neq; ad consiliu
 adhibendos censeo: cum iis nihil mihi res sit: qui erup-
 tionem probant: quos in concilio omnium nostrum
 consensu: pristinae uirtutis memoria uidetur. Animi
 est ista mollicies non uirtus paulisper inopiam ferre
 non posse qui se ultro morti offerant: facilius referi-
 antur: q; qui dolorem patienter ferant. Atq; ego hanc
 sententiam probarem: tantum apud me dignitas po-
 test: si nullam q; uite nostre iacturam fieri uiderem. Sed
 in consilio capiendo omnem galliam respiciamus
 quam ad nostrum auxilium concitauimus. Quid ho-
 minum milibus Lxxx. uno loco interfectis propi-
 quis consanguineisq; nostris animi fore existimatis:
 si pene in ipsis cadaueribus prelio decertare cogentur.
 Nolite hos uestros auxilio expoliare: qui uestre salutis
 causa suum periculum neglexerint. Nec stultitia ac
 temeritate nostra aut animi imbecillitate omnes
 galliam prosternere & perpetue seruituti subiicere.
 An quod ad diem non uenerunt: de eorum fide co-
 stantiaq; dubitatis? Quid ergo romanorum animos
 in illis ulterioribus munitionibus sine causa q;
 tidie exerceri putatis: si illorum nuntijs confirma-

Oratio Critognati ne-
 faria & crudelissima.

residere

ri non potestis omni aditu precepto: iis utimini testi-
 bus appropinquare eorum aduentum: cuius rei ti-
 more exterriti diem noctemq; in opere uersantur.
 qui ergo mei consilii est facere quod nostri maiores
 nequaquam pari bello cimbrorum teutonumq; fecerunt:
 qui in opida compulsi ac simili inopia subacti eorum
 corporibus qui etate ad bellum inutiles uidebantur:
 uitam tolerauerunt: neq; se hostibus tradiderunt. Cu-
 ius rei si exemplum non haberemus: tamen liberta-
 tis causa instruit & posteris proci pulcherrimum iudi-
 carem: nam quid illi simile bello fuit: depopulata gal-
 lia cimbrum magnaq; illata calamitate: finibus quide-
 nostris aliquando excesserunt: atq; alias terras petierunt:
 iura: leges: agros libertatem nobis reliquerunt. Roma-
 ni uero quid petunt aut quid uolunt: nisi inuidia ad-
 ducti quos fama nobiles potentelq; bello cognouerunt:
 horum in agris ciuitatibus considerare: atq; iis eterna
 iniungere seruitutem: neq; enim ulla alia conditi-
 one bella gesserunt. Quod si ea que in longinquis
 nationibus geruntur ignoratis respicite finitima
 galliam: que in prouinciam redacta iure & legibus
 commutatis feris securibus subiecta perpetua pre-
 mitur seruitute. Sententijs dictis constituunt ut
 ii qui ualitudine aut etate inutiles sunt bello, oppido
 excedant. Illo tamen tempore potius utendum co-
 silio si res cogat atq; auxilia morentur: q; aut dedi-
 tionis aut paucis subeundam conditionem ma-
 dubii qui eos oppido receperant: cum liberis atq;
 uxoribus exire coguntur. Hi cum ad munitiones
 romanorum accessissent flentes omnibus precibus

Omnia prius expiantur
 q; ab acritognati sente-
 tia discedant.

T. Na.

Infinita gallorū mul-
tudo pergit ad
Caesaris castra.

orant: ut se in seruitutem receptos cibo iuuarent. At
 cesar dispositis inuallo custodibus recipi prohibebat. In-
 terea Comius reliquiq; duces quibus summa imperii
 permissa erat cum omnibus copiis ad alexiam perue-
 niunt: & colle exteriori occupato non longe mille-
 passibus ab nostris munitionibus consistunt. Postero
 die equitatu ex castris educto omnem eam plani-
 tiem quam in longitudinem quattuor milia pas-
 suum patere demonstrauimus complent pedestresq;
 copias paulum ab eo loco editas in locis superioribus co-
 stituunt. Erat ex opido alexia despectus in campum.
 Concurrunt his auxilijs uisus. Fit gratulatio inter eos
 atq; omnium animi ad letitiam excitantur. Itaque
 productis copiis ante opidum consistunt: & proximaz
 fossam crateribus integrant: atq; aggere explent: seq;
 ad eruptionem atq; omnes casus comparant. Caesar
 omni exercitu ad utraq; partem munitionū dis-
 posito ut si usus ueniat suum quisq; locum teneat:
 & moueri equitatum & ex castris educi & prelium
 committi iubet. Erat ex omnibus castris que sum-
 mum undiq; iugum tenebant despectus atq; omnes
 milites intenti pugne euentum expectabant. Gal-
 li inter equites raros sagittarios expeditos leuis arma-
 ture interiecerant: qui suis cedentibus auxilio succu-
 rerent: & nostrorum equitum impetum sustine-
 rent. Ab his complures de improviso uulnerati
 prelio excedebant: cum suos pugna superiore esse
 esse galli confiderent: & nostros multitudine pre-
 mi uiderent: ex omnibus partibus & ii qui mu-
 nitionibus continebantur: & ii qui ad auxilium

conuenerant: clamore & ululatu suorum animos confir-
 mabant: quod in conspectu omnium res gerebatur. neq;
 regi ac turpiter celari poterat. Vtrosq; & laudis cupiditas
 & timor ignominie ad uirtutem excitabat. Cum a me-
 ridie prope ad solis occasum dubia uictoria pugna-
 retur. germani una in parte confectis turmis in
 hostes impetum fecerunt: eosq; propulerunt. Quibus
 in fugam coniectis: sagittarii circūuenti interfectique
 sunt. Item ex reliquis partibus nostri cedentes usq;
 in castra insecuti sui colligendi facultatem non dede-
 runt. At uiqui ab alexia processerant: messi prope uic-
 toria desperata se in opidum receperunt. Vno die in-
 termisso galli: atq; hoc spatio magno: cratium scalarum
 & arpagonum numero effecto media nocte silentio
 ex castris egressi ad campestris munitiones accedūt
 subito clamore sublato: qua significatione qui in opi-
 do obsidebantur de suo aduentu cognoscere possent:
 crates proiicere fundis: sagittis: lapidibus nostros de
 uallo perturbare: reliquaq; que ad expugnationem
 pertinent parant administrare. Eodem tempore cla-
 more exaudito dat tuba signum suis uercingetorix
 atq; ex opido educitur. Nostri ut superioribus diebus
 ut cuiq; erat locus attributus ad munitionem accedūt:
 fundis librilibus sudibusq; quas in opere disposuerat:
 gallos glandibus perterrent. Prospectu tenebris
 adempto: multa utring; uulnera accipiuntur: com-
 plura tormentis tella coniciuntur. At marcus an-
 tonius & Caius trebonius legati quibus: ex partes ad
 defendendum obuenerant: qua ex parte nostros pre-
 mi intellexerāt: iis auxilio ex ulterioribus castellis

Arpagones.

^{pa}
Arpagones qui fuerunt

A A A A A A

A

deductos submittebat dum longius ab munitione aberant galli plus multitudine telorum proficiebant: postea quae propius successerant: aut se stimulis inopinates induebant: aut in scrobes delati transfodiebantur: aut ex uallo ac ex turribus traieci pilis muralibus interibat. Multis undique uulneribus acceptis nulla munitione precepta cum lux appareret: ueritine a latere aperto ex superioribus castris eruptione circūuenirentur se ad suos receperunt. At interiores dum ea quae a uercingetorige ad eruptionem preparata erant proferunt: priores fossas explent. Diutius in iis rebus administrandis morati: prius suos discessisse cognouerunt: quae munitionibus appropinquarent. Ita re infecta in opidum reueterunt bis magno cum detrimento repulsi galli quid agant consulunt: locorum peritos adhibent. Ex iis superiorum castrorum situs munitionesque cognoscunt. Erat a septentrionibus collis quem propter magnitudinem circuitus opere circūplecti non potuerunt nostri necessario pene iniquo loco & leniter decliui castra fecerunt. Hec Caius antistius reginus & lucius caninius regulus legati cum duabus legionibus obtinebant. Cognitis per exploratores legionibus duces hostium LX. ex omni numero deligunt earum ciuitatum quae maximam uirtutis opinionem habebant. Quid quoque pacto agi placeat: occulte inter se constituunt adeundi tempus definiunt cum meridiei esse uideretur. His copiis uercassiuellanum aruernum unum ex quattuor ducibus propinquum uercingetorigis praeficiunt. Ille ex castris prima uigilia egressus prope confecto sub lucem itinere post montem se occultauit.

militesq; ex nocturno labore sese reficere iussit. Cum iā
 meridies appropinquare uideretur, ad ea castra quae
 supra demonstrauius contendit. eodemq; tempore
 equitatus ad campestris munitiones accedere & re-
 liquae copiae pro castris sese ostendere ceperunt. Ver-
 cingetorix ex arce Alexiæ suos conspicatus ex opido
 egreditur: castris longurios: musculos: falces: reliq;que
 quae eruptionis causa parauerant profert. Pugnāt
 uno tempore omnibus locis: atq; omnia temptant.
 quae minima uisa pars firma est. Huc concurrunt
 romanorum manus tantis eruptionibus distinctas:
 nec facile pluribus locis occurrit: multum ad terē-
 dos nostros ualet clamor qui post tergum pugnāti-
 bus exitit: quod suum periculum in aliena uidet
 salute constare. Omnia enim plerūq; quae absunt:
 uehementius hominum mentes perturbant. Caesar
 idoneum locum nactus: quid quaq; ex parte geratur
 cognoscit: laborantibus submittit: utrisq; ad animū
 occurrit: unum esse illud tempus: quo maxime cō-
 tendi conueniat. Galli nisi perfegerint munitiones
 de omni salute desperant. Romani si rem obtinu-
 erint: finem laborum omnium expectant: maxie
 ad superiores munitiones laboratur. Quo uercassi-
 uellanium missum demonstrauius: iniquum loci
 ad decliuitatem fastigium magnum habet momen-
 tum. Alii tela coniciunt: alii testudine facta sube-
 unt: defatigatis inuicem integri succedunt. Agger
 ab uniuersis in munitionem coniectus & ascensum
 dat: gallis: & ea quae in terra occultauerant roma-
 ni contegit: nec iam arma nostris nec uires suppetūt.

T
Ha

His rebus cognitis cesar labienum cum cohortibus sex sub-
 sidio laborantibus mittit. Imperat si sustinere non pos-
 sit deductis cohortibus eruptione pugnaret. id nisi ne-
 cessario non faciat ipse adit reliquos cohortatus ne la-
 bori succumbant. omnium superiorum dimicationū
 fructum in eo die atq; hora docet consistere. Interio-
 res desperatis campestribus locis propter magnitudi-
 nem munitionum loca prerupta ex ascensu tēptat.
 Huc ea que parauerant conferunt: multitudine telorū
 ex turribus propugnantes deturbant. aggeres & crati-
 bus fossas explent. Falcibus uallum adhorti iam resca-
 dunt. Mittit primo brutum adolescentem cum co-
 hortibus cesar. Post cum aliis Caium fabium lega-
 tum. postremo ipse cum uehementius pugnaretur
 integros subsidio adducit: restituto prelio ac repulsis
 hostibus eo quo labienum miserat contendit. Cohortes
 quattuor ex proximo castello deducit: equitum par-
 tem sequi & partem circuire exteriores munitiones
 & a tergo hostes adoriri iubet. Labienus postq; neque
 aggeres neq; fosse uim hostium sustinere poterant: co-
 actis una Lx. cohortibus: quas ex proximis presidiiis
 deductas fors obtulit. Cesarem per nuntios facit cer-
 tiorem quid faciendum existimet accelerat cesar. ut
 prelio intersit. Eius aduentu ex colore uestitus cogno-
 to quo insigni in preliis uti consuebat: turmisq; equitū
 & cohortibus uisis quas se sequi iusserat: ut de locis
 superioribus ac decliuibus deuexis cernebantur. Hos-
 tes prelium committunt: utriusq; clamore sublato
 excipitur rursus ex uallo atq; omnibus munitioni-
 bus clamor. nostri obmissis pilis gladijs rem gerunt.

repente post tergum equitatus cernitur: cohortes aliae
appropinquant: hostes terga uerterunt: fugientibus
equites occurrunt. Fit magna cedes. Assedillus dux
& princeps remus tum occiditur. Vercassiuellanus ar-
uernus uiuus in fuga comprehenditur. signa milita-
ria septuaginta quattuor ad caesarem referuntur. Pau-
ci ex tanto numero se in castra incolumes recipiunt.
Conspicati ex opido cedem & fugam suorum desperata
salute: copias a munitionibus reducunt. Fit protinus
haec audita ex castris gallorem fuga: quod nisi cre-
bris subsidiis ac totius diei labore milites essent defa-
tigati fuissent: omnes hostium copias delere potuissent.
De media nocte missus equitatus nouissimum agmen
consequitur: magnus numerus capitur atq; inter-
ficitur. Reliqui ex fuga in ciuitatem discedunt. Pos-
tero die uercingetorix concilio conuocato id bellum
se non suscepisse suarum necessitatum: sed commu-
nis libertatis causa demonstrat. Et qm sit fortunae
cedendum: ad utranq; rem se illis offerre seu mote-
sua romanos satisfacere: seu uiuum tradere uelint.
Mittuntur de iis rebus ad caesarem legati: iubet arma
tradi: principes produci. Ipse in munitione pro castris
consedit. eo duces producuntur. Vercingetorix deditur:
arma proiiciuntur: reseruat heduis atq; eruernis: si
per eos ciuitates recuperare posset: ex reliquis captiuis
toto exercitu capita singula praede nomine distribuit.
His rebus confectis. in heduos proficiscitur: ciuitatem
recipit: eo legati ab aruernis missi: quae imperaret
se facturos pollicentur. Imperat magnum nume-
rum obsidum. Legiones in hiberna mittit: captiuo-

rum circiter xx. milia heduis aruernisq; reddit. Titum Labienum duabus cum legionibus & equitatu in sequanos proficisci iubet. Huic Marcum sempromium rutilium attribuit. Caium fabium legatum & Lucium minutium Basilium cum legionibus duabus in remis collocat: nequam ab finitimis bellouacis calamitatem accipiant. Caium antistium reginum in ambibacetos. Titum sextium in bituriges. Caium caminium rebilum in rutenos cum singulis legionibus mittit. Quintum tullium ciceronem & publium sulphurium cabillonis & matissane in heduis ad araxim rei frumentarię causa collocat. Ipse bibracte hiemare constituit. Harum rerum litteris cognitis Romę dies xx. supplicatio indicitur.

(2)

OACTVS ASSIDVIS TVIS VOCIBVS BALBE: CVM QVOTIDIANA MEA RECUSATIO NON DIFFICULTATIS EXCUSATIONEM: SED MERTIS UIDERETUR DEPRECATIONEM HABERE: DIFFICILLIMAM REM SUSCEPI. CAESARIS NOSTRI COMMENTARIOS RERVM GESTARVM GALLIÆ NON COMPARANTIBVS SUPERIORIBVS ATQ; INFERIORIBVS EIVS SCRIPTIS CONTEXTUI NOVISSIMVMQ; ATQ; IMPERFECTVM AB REBUS GESTIS ALEXANDRIÆ CONFECI Vsq; AD EXITVM NON QUIDEM CIVILIS DISSENSIONIS: CUIVS FINEM NULLVM VIDERIVS: SED VITÆ CAESARIS. Quos utinam qui legerint scire possint q̄ inuitus susceperim scribendos: quo facilius caream stultitię atq; arrogantię crimine: qui me medium interposuerim CAESARIS SCRIPTIS. Constat enim inter omnes nihil tam operose ab aliis esse perfectum: quod nō

ats insequentibus